In nomine summe et individue Trinitatis. Ego Rodbertus et fratres mei Odilo et Willelmus, Bertrandus et Stephanus, et sorrores nostre Garifolla et Petronilla, nos pariter filii et filiæ Rodberti cujusdam prenominati de Castello, omnes honores et convenientias et manu missionem quos dedit et fecit et manu misit pater noster Rodbertus damus et concedimus et perpetualiter confirmamus domino Deo et sancto Salvatori sanctæque Fidei; et abbati Odalrico et monachis presentibus et futuris cenobii Conchacensis, ita sicut resonat in testamento et in prescripcione patris nostri; et per hoc accipimus fraternitatem et societatem jam dicti cenobii et mulam patris nostri jam monachum facti et defuncti et solidos denariorum ab abbate et a monachis predictis. Quod si quis ex nobis voluerit se monachum facere, non habeat licentiam alicubi nec in alio alico monasterio mittere nec aliquid dare aut vendere vel in pignorare de omni honore ecclesiastico quem nobis dimisit pater noster, nisi predicto monasterio et habitatoribus ejus. Si quis nostri vel parentum nostrorum contra hanc donationem vel confirmationem voluerit

inrumpere vel infringere, non hoc valeat facere, sed insuper exheredatus et alienatus sit suæ sortis, et ejus pars sit his qui hanc confirmationem vel donationem incontaminatam et inviolatam observaverint.

Data vel confirmata sunt hæc vel conscripta tempore Philippi regis Franchorum. — S. Rodberti, Odilonis, Willelmi, Bertrandi, Stephani, Garifolle, Petronille, qui omnes pariter hanc donationem et confirmationem fecerunt et firmaverunt.

285. DE USSELLO.

Vers 1031, janvier.

Ego Stephanus propositus de Bresonz et Eustorgius frater ejus cedimus et donamus sancto Salvatori et sancte Fidis in monasterio de Conchas, in villa de Ussello, VI porchos unumquemque de duodecim denarios et VI multones et XII solidos quæ habemus per vacas, et totum quod in ipsa villa tenemus juste aut injuste, totum relinquimus et laxamus ; et accepimus ab Odolrico abbate centum quinquaginta solidos et duas sellas.

Facta carta ista in mense januario, feria III, regnate Rodberto rege. — S. Stephano et Ustorgio qui carta ista scribere vel firmare rogaverunt. — Odo monachus scripsit.

286. DE ALTERIACO.

Vers 1010, février.

In Dei nomen. Cessio sola sufficit sine gestorum tamen plenissimam optineat firmitatem . Quamobrem ego enim, in Dei nomen, Adraldus abba cum suis monachis et Arlaldus abba cum monachis sancti Salvatoris et sancta Fide quod inter se concambiarent, quod ita et fecerunt. Dedit Adraldus abba cum ipsos monachos illo alode de Alteriaco, cum ipsas vineas, cum ipsa terra, cum ipsas cumbas, cum ipsas tonnas, cum ipsa mansione, in concambio sancti Salvatoris et sancta Fide et ad ipsos monachos; et in alio loco, illo capud manso nomine de Picanolo, cum ipsa vinea et cum ipsas cubas, similiter vobis cedimus vel concambiamus ; et si ullus homo est qui illo alode que superius

est nominatus, veniat ille abba de sancti Petri et sancti Geraldi, si tollere voluerit de comunia illo alode et donent viginti solidos sancti Salvatoris et sancta Fide et recipiat ipso alodem quæ superius est nominatus. Insuper hoc quod superius et nominatus ille alodus, dedit Arlaldus abba cum monachos sancti Salvatoris et sancta Fide illo ade de Monte Lobono, cum ipsos boscos, cum ipsos pratos, cum ipsas terras, cum quantum ad ipso alode aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum nos vobis cedimus vel concambiamus, ut post hunc diem teneatis, possideatis et faciatis quicquid facere volueritis in omnibus sane. Si quis nos, emutatas voluntates nostras, aut ullus omo qui contra carta scambiaria ista ire aut agere vel inquietare voluerit, hoc eis non liceat facere, sed faciunt quod lex est.

Facta carta scambiaria ista sub die mercoris, in mense febroario, regnante Rodberto rege.

287. DE MOTIGAS.

1032, — 1060, mai.

Locum sacrum sanctæ Dei ecclesiæ qui est consecratus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris Conchas monasterii, ubi sancta Fides tumulata consistit. Ego enim, in Dei nomen, Avierna cedo vel dono filium meum Raimundum sancti Salvatoris et sanctæ Fidis, cum ipso alode suo, hoc sunt duas denariatas de vinea et una medallata ; et est ipse alodus in pago Caturcinio, in loco quæ vocatur Motigas ; totum et ab integrum cum mansione et orto, ego Avierna et filius meus Raimundus damus sancti Salvatoris et sanctæ Fidis ; abet ipse alodus in se fines : de uno latus terra hoc est vinea Rainoni, de alio latus vinea Geraldi, de tercio latus alodi sancti Saturnini. Et in alio loco, illo manso de illa Blacaria similiter ego Raimundus filius Aviernæ dono sancti Salvatoris et sanctæ Fidæ, ubi Deus-det visus est manere, cum bosco, cum prato, cum terras cultas et incultas ; et habet in se fines : de uno latus parrochia de Hols, de alio latus sancti Salvatoris[1], de tercio latus terra Odolrici de

1. Dans une seconde copie de cette charte insérée dans le cartulaire après le n° 297 (voir plus bas), on a ajouté ici : *de Fiaco*.

Cajarco, de quarto latus alodi sancti Saturnini. Et in alio loco, illo caput manso de Ardenna ubi Guisla visa est manere, totum et abintegrum ego Avierna et filius meus Raimundus cedimus et donamus sancti Salvatoris et sanctæ Fidæ. Et in alio loco, illo manso de Raciono ubi Deusdet visus est manere donamus similiter sancti Salvatoris et sanctæ Fidis totum et abintegrum.

Facta carta donatione ista in mense januario, feria III, regnante Ehenrico rege. — S. Avierna et filio suo Raimundo qui carta ista scribere vel adfirmare rogaverunt. — S. Geraldo, Hugono, Stephano, alio Geraldo filio Raingardis, Raimundi fratre suo[1], Odolrico et fratre suo Rainone.

288. DE AGREZ.

968, mai.

Domino magnifico Hugoni abbate emptore vel cuncta congregatione monachorum Conchas monasterii. Ego, in Dei nomine, Bernardus et uxor mea Riclendis pariter venditores, juxta textum vendicionis consta nos vobis vendidissemus, quod ita et vendidimus, tradidissemus, quod ita et tradidimus, hoc est alodus noster una peciola de terra qui nobis per conquistum obvenit; et est ipse alodus in pago Ruthenico, in vicaria Ariacense, in loco quæ vocatur Agrez; et habet ipsa terra in se fines vel confrontaciones : de superiore latus strata puplica, et de tres partes terra sancti Salvatoris. Quantum in ipsum locum visi sumus habere vel possidere, totum et abintegrum vobis vendimus; et accepimus precium de præsente, sicut inter nos et vos bene complacuit atque convenit, sunt de vino modios tres, et de ipso precio retro vos nichil remansit indebitum, ut post hunc diem habeatis, teneatis, possideatis, et quicquid facere volueritis faciatis, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis nos, inmutatas voluntates nostras, aut ullus de heredibus vel propinquis nostris aut ulla amissa persona qui contra carta vendicione ista ulla calumnia jenerare presumpserit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

1. Dans la même copie, au lieu de *Raimundi fratre suo*, on lit : *Raimundo, Bernardo fratre suo*. A la fin, est ajoutée cette mention : *Bego scripsit*.

Facta carta vendicione ista sub die sabbato, in mense madio, anno IIIIX[1] regnante Lothario rege. — S. Bernardo et uxore sua Riclendis qui carta vendicione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. — S. In Dei nomen, Abbo scripsit.

289. DE VILLAS MAISNEIRS ET PACUNIAGO ET CORNERIAS ET REMANERIAS.

XI[e] siècle.

Ego Willelmus Genevensis per advocatum meum Toronbertum loco sancto Salvatori de Conchas, ubi sancta virgo et martir Fides tumulata quiescit, cedo et dono omne meum alodum et omnes res meas usque ad exquisitum, omne quod habeo et ad me pervenire debet; qui alodus sive res sunt site in pago Genavensi in villa Maisneirs et in villa Pacuniago et Cornerias et Romanerias et in aliis locis, quantum habeo et ex hac die adquirere potero in pratis, in silvis, in vineis, in campis, in aquis aquarumque decursibus; ita ut ego, quamdiu voluero, de sancta Fide usum et fructum teneam, et post hoc monachis sanctæ Fidis remaneat sine ullo contredicente in omnibus sane. Si qua vero persona hoc donum inquietare voluerit vel usurpare vel sibi vindicare aliquo modo temptaverit, non liceat, sed iram omnipotentis Dei et sancte ejus virginis Fidis super se cognoscat esse venturam.

S. Willelmi qui hanc cartam scribere jussit et advocato suo Toronberto adfirmare rogavit. S. advocati Toronberti, Odolrici, Witberti.

290. DE LIZONICAS ET DE SALCIONO.

XI[e] siècle.

Breve memoriale sive divisionale de omnias res quem dominus donavit Frotardum. Illo manso que est in Lizonicas ubi Bernardus visus est manere illa medietate sancti Salvatori et sancta Fidei remaneat; et illo manso quæ est in villa quæ vocant Sal-

1. Sans doute pour XIIII.

ciono ubi Maciagaldus visus est manere; et alio manso que est in illa Garriga quæ Hictor laboravit que Companius donabit michi Deusdedit remaneat, et post suum discessum sancti Salvatori et sancta Fidei fiat, pro anima mea. Et illo alode meo et illum feuvum meum totum et abintegrum ad infantes meos remaneat ab uxore mea, si virum non prendet; et si virum aprehendet, ab conquistum suum et ab sponsalicium suum remaneat; et si de unum dissessit, ad alios remaneat, sed infantum legitimum non habet. Et si uxor mea virum accepit, mea bailia Leutardo a fratre meo et Austrino remaneat; et illos duos mansos qui sunt in villa quæ vocant Noicio. Et alio manso que est in loco que vocant Olmos Austrinum remaneat, pro suum alodem de Quartilangas. Et si unus de infantis meis non habet infantem legitimum, illa mea parte de Rusinio sancti Salvatori et sancta Fidei remanea pro anima mea.

291. DE FRAXINIAS.

930, 22 avril.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Incipit conventiaria quæ Niguarius monachus fecit ad amicos suos nomen Bernardo et filio suo nomen Bonefacio de ipso manso que est in vicaria Serniacense, in loco quæ vocatur Fraxinias, in ipso manso ubi Guandalfredus visus est manere; et habet ipse mansus fines vel confrontaciones : de tres partes terra sancti Salvatoris, et de quarto latus terra Gualtario; in ea vero racione, quamdiu Niguarius monachus vivit, medietatem de ipso manso recipiat per singulos annos, et Bernardus et filio suo nomen Bonefacio aliam medietatem, in ea vero racione, quamdiu Bernardus et filius suus Bonefacius vivunt, ipsum filium Amalvini nomen Rainaldo in suas manes teneantur; do ipso manso post obitum illorum ad ipsa ecclesia sancti Salvatoris, Conchas monasterio remaneat, sine ullo contradicente in omnibus sane.

Facta conventiaria ista in mense aprili, sub feria v, x kalendas mai, anno I quod Karolus rex obiit a sæculo et Rodulfus rex cepit regnare. — S. Niguario monacho qui conventiaria ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Sigbaldo, Hugono, Guarnario, Gislando. — Gimundus scripsit.

292. ITEM.

958, septembre.

In Dei nomen. Placuit atque convenit inter virum venerabilem domno Stephano episcopo et Begono seu Hugono abba vel cuncta cogregacione monachorum ejus Conchas monasterii, donavit episcopus et Bego seu Ugo abba vel cuncta congregacione monachorum ejus Conchas monasterio ad alico homine Benjamin manso uno in Verneduce ; et est ipse mansus in pago Ruthenico, in vicaria Serniacense, ubi Ermengaudus visus est manere ; quantum ad istum mansum questum vel adinquirendum est, totum et abintegrum in concambio tibi dono, ita ut hunc diem habeas, teneas et cui volueris derelinquas. Et incontra recepit Stephanus episcopus et Bego et Hugo abba vel cuncta congregatione monachorum ejus Conchas monasterii et receperunt de Benjamin manso uno qui est in pago Ruthenico, in vicaria Serniace, in loco quæ dicitur Fraxinias, manso illo ubi Aldegarius visus est manere, cum curte et orto, cum exeo et regresso, quantumcumque aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum in concambio vobis dono, ut post hunc habeatis, teneatis, possideatis et faciatis quecumque volueris sine ullo contradicente sane. Si quis ego, emutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla emissa vel sub rogata persona qui contra te aud concambiaria ista ire aut ulla calumpnia jenerare præsumpserit, hoc ei non liceat vindicare quod repetit, sed insuper componat tibi tantum et alium tantum quantum ipse alodus jamdictus ulloque tempore melioratus valere potuerit in duplum sit tibi redditurus et quod petit non vindicet, sed carta concambiaria ista omnique tempore firma et stabilis permaneat cum firmitate subnixa.

Facta carta concambiaria ista die mercoris, in mense septembris, anno III quod Lotarius rex cepit regnare. — S. Stephano episcopo, Begono, Hugono abba, S. Bergaudo, Grimardo, Girberno, Lodlando, Adalgerio, Gimundo, Ebrardo, Radulfo, Dominico, Giraldo, Rodberto, Aboni. — Giraldus scripsit.

293. DE FAISAG.

958, février.

Noticia vel guirpitoria in eorum præsentia qui hunc noticia vel guirpitoria subter firmaverunt, qualiterque veniens alicus homo nomen Gauzfredus presbyter, die sabbato, in medio mense januario, in villa Arsiaco ante Bernardo et Gualtado et Hictore. Et proclamat ipse Gauzfredus de Aldrico monacho quod male ordine requirebat Aldricus monachus illas vineas cum ipsas terras et cum ipsos brolios de Monte Redundo, et illa vinea de Faisiaco cum ipsa mansione. Et ipse Aldricus monachus in suis responsis dixit quod bone ordine requirebat hæc omnia jam superius nominatas, quare per donatione de magistro meo Astarii michi procedit in vita mea. Et ibi interrogaverunt Aldrico monacho Bernardus et Gualtadus et Hictor quod, si requirebat ipsas vineas vel ipsas terras cum ipsos brolios de Monte Redundo et de illa vinea de Faisiaco cum ipsa mansione, quod bone ordine requirebat ipsas res jam superius nominatas. Et venerunt ipsi homines jam superius nominati Bernardus et Gualtadus et Hictor et ipse Aldricus monachus, die lunis, ad ecclesiam sancti Cipriani ante cornu altaris, et ibi se guirpivit Gauzfredus presbyter de ipsas vineas de Monte Redundo et de ipsas terras et de ipsos brolios et de illa vinea de Faisiaco contra Aldrico monacho, et ibi aconsiliaverunt Bernardus et Gualtadus et Hictor et Eralius presbyter Aldrico monacho, ut exinde noticia vel guirpitoria colligere debuisset, quod ita et fecit. Et manibus suis Gauzfredus firmavit Aldrico ipsas res jam superius nominatas super sanctis, his presentibus bonis hominibus auctum fuit.

Facta noticia ista die mercoris, in mense febroario, anno III quod Lotharius rex cepit regnare. — S. Gauzfredo presbytero qui noticia vel gurpitoria ista scribere vel adfirmare rogavit, Gairardo, Ingilgado, Rainaldo, alio Rainaldo, Addraldo. — Teutbertus scripsit.

294. GARRIGA IN CERNIACENSE.

Vers 990-996, septembre.

Locum sacrum sanctæ Dei æcclesiæ qui est constructus vel

consecratus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris seu matris ejus Mariæ necnon et sancti Petri clavigeri, hubi sancta Fides vel sanctus Vincentius tumulati consistunt, super alveum Dordonis, in loco cujus vocabulum est Conchas. Venit predictus vir nomine Nizezius et donat aliquid de rebus proprietatis suæ, pro remedium anime suæ et propter quod donet illi Dominus vitam eternam, hoc est alodus meus qui michi per eruginem parentorum obvenit, duo aripendi et demedius de vinea, et in ipso loco alias duas peciolas de vinea et terras cultas et incultas et boscos et verniarias; et est ipse alodus in pago Ruthenico, in vicaria Serniacense, in loco quæ vocatur Garriga; et habet in se fines vel confrontaciones : de duas partes terra Goiglone et filiis ejus, de alio latus terra sancti Salvatoris, de quarto vero latus strata puplica vel terra et vineas ad ipso donatore et descendet Divisio de una parte. Quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum cedo ad ipsa casa Dei jamdicta, in tale vero racione ut, dum ego vivo, usum et fructum habeam; et dono semper vestidura una peciola de vinea que est ad crucem et teneant eam. Et si ego mortuus fuero in Ruthenico, veniant monachi et sepeliant me propter ipsum alodem. Et si ullus homo donaverit eum a fevo, veniat filius meus et donet III denarios ad sanctos et teneat ipsum alodem; et si ille mortuus fuerit, veniant nepotes vel ullus de plus propinquis meis et faciant similiter in omnibus sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus meis qui contra carta hac ulla calumpnia jenerare præsumpserit, hoc ei non liceat facere, sed faciat sicut lex est, sed cum Datan et Abiron habeat participacionem in infernum.

Facta carta ista sub die lunis in mense septembris, regnante Hugono rege. — S. Nizezio qui carta donacione ista scriberæ vel adfirmare rogavit. S. Bernardo, Adalrando, Arlan.

295. DE MANSO DE PODIO.

1065-1087, 4 mai.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Ego Rodbertus Cornutus dono et guirpio domino Deo sanctoque Salvatori sanctæque Fidei et abbati Stephano et monachis tam presentibus quam et

futuris monasterio Conchacensis illum mansum de Podio, cum sua integritate et melioracione et pertinentia, qui est in parrochia Montiniaco, qui michi advenit pro hereditate parentorum meorum, sicut Raimundus [et Willelmus fratres][1] mei donavit et dimisit sancto Salvatori et sanctæ Fidei in peregrinatione sancti Sepulchri ad obitum suum, presentibus multis nobilibus viris, scilicet Girberto de Vig et Aicardo de Cormol et Gauzfredo de Monte Arnaldo et Willelmo Poncio et plurimis aliis qui in eadem peregrinatione erant pro remedio et salute anime meæ et animarum parentorum meorum. Si quis parentum aut heredum meorum contra hanc donationem vel manumissionem meam voluerit insurgere vel, instigante diabolo et superbia sua, a monasterio prædicto voluerit auferre, sit exheredatus et alienus de omni honore et hereditate mea et insuper componat monasterio Conchacensi cui injuriam fecerit omnia tripliciter et in antea firma et stabilis hec donatio vel manumissio permanea omni tempore.

Facta conscripcio hæc III nonas madi, regnante Phylippo rege.— S. Rotberti Cornuti qui hanc donationem vel manumissionem firmavit et testibus firmare jussit. S. Hugonis de Cassanias, Austrini de Moret, Bernardi Rigualdi, Ottonis Bernardi, Bernardi Arnaldi, Petri Arnaldi. — Durannus scripsit.

296. DE GRANARIO.

997-1030, septembre.

Locum sacrum sanctæ Dei æcclesiæ qui est constructus in honore domini nostri Jhesu Christi sancti Salvatoris, ubi sancta Fides et sanctus Vincentius tumulati consistunt. Quamobrem ego, in Dei nomen, Ava cedo ad ipso loco Conchas illo manso meo de Granario ubi Ricardus visus est manere, dono sancti Salvatoris et sancta Fide, pro sepultura Deusdet a marito meo; et est ipse alodus in pago Ruthenico, in vicaria Dunense; et habet in se fines de totas partes terra sancti Salvatoris et sancta Fide. Quantum infra istas fines aspicit vel aspicere videtur, totum

1. Ces trois mots ont été ajoutés par une main du XVII[e] siècle.

dono sancti Salvatoris et sancte Fidei, et quicquid facere habitatores sancte Fidei voluerint faciant in omnibus sane.

Facta carta donacione ista sub die marcis, in mense septembri, regnante Rodberto rege. — S. Avane qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit.

297. DELLA SERRA.

974, mars.

Locum sacrum sanctæ Dei æcclesiæ qui est situs in pago Ruthenico, super alveum Dordonis, et est fundatus in honore domini nostri Jhesu Christi speu sanctæ Marie virginis et sancti Petri principis apostolorum necnon et clavigeri, ubi sanctus Vicencius et sancta Fides tumulati esse videntur. Ego enim, in Dei nomen, Stephanus et uxor mea cedo vel dono una peciola de vinea sancti Salvatoris et sancta Fide et ad aliorum sanctorum; et est ipsa vinea in pago Ruthenico, in vicaria Serniacense, in villa quæ dicitur in illa Serra. Quantum ego ibi visi sumus habere vel possidere, totum et abintegre cedo vel dono ad ipsa casa Dei jam supra dicta vel ejusdem rectores, ut post hunc diem teneas, possideas et in communia teneatis sine ulla contradicente in omnibus sane. Si quis ego, emutata voluntate mea, aut ullus de propinquis meis aut ulla amissa persona qui contra carta donatione ista ire aut agere vel inquietare voluerit, de parte sancti Salvatoris et sanctæ Fidei et ad aliorum sanctorum fiant excomunicati et maledicti usque in infernum inferiori, et quod petit non vindicet.

Facta carta donatione ista die mercoris, in mense martio, anno vicesimo regnante Lothario rege. — S. Stephano et huxore sua qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Ardengo, Hugono, Austrino, Abono, Bernardo. — Benedictus scripsit[1].

298. DE ALTOMONTE.

XI^e siècle.

Breve memoratorio quam facit Aigana in sua firmitate. In

1. A la suite de cette pièce, sous le titre : *De Motigas et de Blacaria*, se trouve une seconde copie de la charte publiée plus haut sous le n° 287.

primis dimitto Matfredo seniore meo manso ubi Rainaldus manet; et ad ipso supradicto seniore meo dimitto in Altomonte quantum habeo sive in vineis quam in boscis, nisi una vinea quam dimitto sancti Petri propter sepulturam; et ad filia mea quam habui de seniore meo, post mortem seniori meo, quantum dimitto ei in Altomonte ad ipsa remaneat, et si ipsa infantes habuerit ad ipsos remaneat, et si ipsa infantes non habet, ad fratrem meum Genesium et ad filium meum remaneat; et dimitto ad filium meum una vinea cum caput manso qui est in Ainago, et ipsa vinea cum caput manso Matefredus edificet usque dum filius exeat de bajolia, et si ipse filius primus morierit ante suam sororem, ad sororem remaneat, et post mortem sorori, sancti Salvatori remaneat ad Conchas.

S. Rigbal, Adalgrim, Aldegario, Hugoni, Genesio qui ipsum firmare rogaverunt.

299. DE POZOLS.

Av. 1031-1065.

Ego Bernardus de Moreto dono domino Deo et sancte Fidis vineas meas de Pozols quas tenet Deusdet Capcrivelz et totum alodem meum qûem habeo in Pazols, scilicet vineas et terras et torcularia, propter anime meæ remedium, in præsentia domni Odolrici abbatis, cum filio meo Begoni.

300. DE BERRIAGO.

XI^e siècle.

Breve divisionale quomodo divisit Rigualdus alodem suum inter Deum et homines. In primis dimitto domino Deo et sancti Salvatori et sancta Fide uno manso in Berriago ubi Rainaldus manet, et in Floriago uno ubi Guarinus manet, et in Bargas illas limanias que de Amblardo conquistavi que ille mihi laxavi dimitto Guirberto sacerdote quamdiu vivit, et post obitum ejus, sancti Salvatori et sancta Fide remaneat. Et si homo est que ad illa memoria sanctorum contrapellare voluerit, in ira Dei incurrat et omnium sanctorum. Et illa ecclesia de Pairado dimitto Arado filio Guidoni, in tale convenientia que illa donet a fevo Guilberto sacerdote. Et illa ecclesia de Ranliago tota, sicut ego

de Bernardo vicecomito integra mente acaptavi, dimitto ad fratre meo Guillelmi. Et illo fevo de Calmonte que de Norberto et Raimundo abui Willelmi ad fratre meo dimitto ad fratre meo Willelmi, in tale convenientia que illa donet a fevo Airado a nepote meo. Et ad illa Menagia illos tres mansos dimitto Airadi filio Guidoni. Et illas meas vineas de Bancarel dimitto Airado ad filio Guidoni, extra clauso dominicario que ille acapted a fevo de Agnes et de filios suos. Et partem meam de Tremolias que de Aimerigo conquistavi Geraldo Tafinero dimitto totum et abintegrum. Et in Bars illas meas vineas que de Guillelmo conquistavi dimitto Guirberto sacerdoti et ad fratre suo Geraldi; et in Gersilva mansos duos similiter. Et in Bancarello clauso meo dominico dimitto Guirberto sacerdote et uno manso in Casternago ubi Amadeus manet. Et in Essendolutio illa vinea que mihi Bernardus laxavi Guirberto sacerdote dimitto. Et in ipsa villa partem meam que de Salomone conquistavi Petrone a nepote meo remaneat. Et uno manso Agol Airado dimitto a nepote meo ad Estrun; et uno caput manso ad redemptionem de quadraginta solidos Pogesos. Et ad Aimono nepote meo laxo uno manso in la Vernia ubi Geraldus manet, et partem meam del mas Johanne della Vernia, et manso meo de Berriago ubi Stephanus manet. In Guttalada uno manso ubi Geraldus manet laxo Villelmi meo fratri et Airado nepote meo que illi cum bono dividunt inter se. Et partem meam de illo manso de Brogmeto dono Airado a nepote meo ad redemptionem per x solidos Lemotganos. Et partem meam de illo manso de la Boisola dimitto Gotbrando ad nepote meo.

S. Rigualdo qui hoc fieri jussit, Deusdet, Willelmi, Aicardo.

301. DE SALCIONO.

XI^e siècle.

Breve que Frotardus fieri rogavit. In primis post mortem meam laxo sancti Salvatoris et sancta Fide illo alode meo de Salciono ubi Maciagaldus visus est manere. Et in alio loco post mortem meam laxo sancti Salvatoris et sancte Fide illo alode meo de Alteaga post mortem Deusdet. Illo alode meo alio toto et

feuso meo toto ad uxorem meam et ad filios meos remaneat, si maritum non prendet; si provenit de filios meos et illi infantem legitimum non habuerint de uxore, totus alodus meus ad filias meas remaneat; et post mortem de filias meas, si infantem legitimum non habuerint, Austrino nepote meo remaneat; et si Austrinus infantem legitimum non habuerit de uxore; sancti Salvatoris et sanctæ Fide ille alodus meus de Rusino remaneat; et si de Austrino provenit et infantem legitimum non habuerit de uxore, ille alodus meus de Germolio ad filios Bernardo de Garriga remaneat; et si de filios Bernardo provenit et infantem legitimum non habuerint, sancti Salvatoris et sanctæ Fidæ remaneat; et si de me provenit, illo medietate de illo Bago sancti Salvatoris et sancta Fide remaneat.

302. DE AGRITIS.

962, août.

In Dei nomen. Placuit atque convenit inter Begono abbate necnon et alicos homines Stephano episcopo et Hugono qui est abbas secundum regulam et cuncta congregacione sancti Salvatoris et sancta Fide Conchas monasterii ut inter se concambiare debuissent, quod ita et fecerunt. In primis dedit Bego abbas Stephano episcopo et Hugo et ad illa congregatione caput manso uno ubi Adalrandus manet; et est ipse caput mansus in vicaria de Cabdenago, in loco que nominatur Agritis; et amplius tantum de vineas ut inter totum valeat solidos cc; et in alio loco, in comitatu Rutenico, manso uno que nominant Taolam, cum quanto inde procedit, sicut adinquirendum est; et in alio loco que nominant ad illa Consta, in vicaria Serniacense, caput mansos duos ubi Girardus et Genesius visi sunt manere, cum ipsas vineas et quanto ibi visus sum habere, totum vobis concambio pro illas res quæ ego recepit de vobis quæ nominant Alanis, ut exinde faciatis quicquid facere volueritis sane.

Factum concambium istum feria II, in mense agusto, anno VIII regnante Lotherio rege. — S. Begono qui scribere vel firmare rogavit. S. Stephano, Ricardis, Giraldo, Arnaldo, Froterio, Guitardo, Isalgaro.

303. DE SERRA.

955-985, mai.

Domino magnifico Guitberto sacerdote emptore. Nos enim, in Dei nomen, Ingilberga et vir suus Amblardus consentiens venditores, juxta textum vendicionis constat nos tibi vendidimus, quod ita et vendimus, tradidissemus, quod ita et tradimus, hoc est terra nostra qui mihi per originem parentorum obvenit; et est ipsa terra in pago Rutenico, in ministerio Montiniacense, in villa que vocatur Serra; et habet ipsa terra fines vel confrontaciones : de suporiore latus strata puplica, et de alio latus terra ad ipsos venditores, et de tercio latus vinea Odalgude, et de supteriore latus vinea ad ipso eptore et Rotberto. Quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum tibi vendimus; hunde accipimus de te precium de presente, sicut inter nos et te bene complacuit atque convenit, hoc sunt solidi quatuor et dimidius, et de ipso precio retro te nichil remansit indebitum; et pro ipso precio manibus nostras tibi tradimus habendi, vindendi, donandi, commutandi, cedendi et faciendi in omnibus quicquid facere volueris, sine ullo contradicente, sane. Si quis nos, emutatas voluntates nostras, aut ullus de heredibus vel propinquis nostris aut ulla amissa persona fuerit qui contra carta vel vendicione ista ire aut ulla calumpnia jenerare presumpserit nullatenus vindicet, sed insuper componat tibi tantum et alium tantum quantum ipsa terra eo tempore meliorata valere potuerit in duplum sit tibi redditurus, et quod petit non vindicet, sed presens vendicio ista omnique temporæ firma et stabilis permaneat cum stibulatione subnixa.

Facta carta vendicione ista die jovis in mense madio, regnante Lothario rage. — S. Ingelbergane et viro suo Amblardo consentiente qui vendicione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Rainus, Deusdet, Gaucelmo, Gauzfredo. — Rodbertus scripsit.

304. DE PERCI.

997-1031, avril.

Donatione quæ Gueris fecit et uxor sua Odda sancti Salvatoris

et sancta Fide de suo alode, hoc est duos mansos ubi Rotbertus et Johannes visi sunt manere; est ipse alodus Attoers, in villa que dicitur Perci; quantum ad ipsos duos mansos aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum cedimus et donamus sancti Salvatoris et sancta Fide pro animas nostras, sine ullo contradicente in omnibus sane.

Facta carta donatione ista in mense apreli, feria III, regnante Rodberto rege. — S. Gueris et uxor sua Odda. S. Teudbal, Umberto, Walterio. — Donadeus rogatus scripsit.

✓ 305.

XI^e siècle.

Ego Bernardus de Monte Alto dono sancte Fidi de Conchis illam meam terram quam tenet Stephanus Arnaldus de me, totum quantum habet vel tenet de me.

✓ 306. DE STAGNIO.

Vers 929, janvier.

In Christi nomen placuit atque convenit inter virum venerabile Johannæ abbatæ seu cuncta congregatione sancti Salvatoris Conchas monasterio ut ad alico homine nostro nomen Aldefredis eis de rebus nostris per prestariam aliquis concedere debuimus, quod ita et fecimus, hoc est mansus noster qui est in ministerio Rotenulense, in loco que dicitur Stagnio ubi Martinus visus est manere, cum vineis, cum pratis, pascuis, silvis, garricis, aquis aquarum vias decursibus, quantum ad ipso manso aspicit vel aspicere videtur, totum et ab integrum per prestarium tibi concedimus diebus vite tue ad excolendo vel edificando, per solvendum per singulos annos ad partibus monasterii quatuor denairatas de cera ad ecclesiam Dei, diebus vite tuæ; nichil aliut tibi requirimus. Et si de ipsum mansum negligens fueris, facias exinde sicut lex est. Et si ipse abba vel ejus monachi sed hanc prestariam abstradere voluerint, hoc eis non licitum est facere, set similiter sicut lex est faciant, sed presens prestaria iste a me facta omnique tempore firma permaneat.

Facta prestaria ista die sabbato, in mense januario, anno x[1] regnante Karlo rege. — S. Johanne abba, hanc prestariam recognovit, Astario preposito, Amalvino decano. Niguarius sacrestanus, Guitbaldus custus æcclesiæ, Bename cellarius, Adraldus portarius, Rodgerius porterius pauperum, Sigmarus monachus, Guitmarus monachus, Guitbertus monachus, Stabiles monachus, Grimardus puer, Begone puer, Adraldo, Autbertus puer, Eldricus puer. — Hictor clericus scripsit.

307. DE MOLENDINO PISCINO.

xi[e] siècle.

Breve de Molendino Pisino. Ille mansus de Ramerio habet censum solidos II de Podio, et de civada sestarium I, et manducare duobus vicibus in anno et I gallina. Et de alio manso Stephano sextarios octo de vino et de civada sestarium I et I gallina. Et de alio manso Geraldi presbyteri de vino sestarios octo et de civada sestarium I et I gallina; et sunt appendarias XXVI, et de unaquœque de vino sestarios quatuor et de civada emina I et gallina I. Et in Laco appendarias V, et debent inter totas denarios XX et eminas V de civada et gallinas V. Et in Barro et in Petra Fixa sunt mansi VII, et habent censum inter totos solidos X et dimidium; et in Petra Fixa appendarias II a feuso de duobus vicariis. Et in Olliado mansos novem, et habent censum solidos VIIII; et apendarias V et I dimidia, et habent censum solidos III et denarios VIII et de unum quemque mansum de civada sestarium unum.

308. DE FOLISSARTO.

955-985, octobre.

Locum sacrum sancte Dei æcclesiæ qui vocatur Conchas monasterii, qui est constructus in honore domini nostri Jhesu Christi seu et sancte Marie genitricis Dei et sancti Petri clavigeri, hubi sanctus Vincentius et sancta Fides tumulati consistunt, qui est super alveum Dordonis, hubi Stephanus episcopus et

1. Le copiste a oublié ici plusieurs chiffres romains.

Hugo abba preesse videntur, cum monachis ibidem Deo famulantibus. Ego igitur, in Dei nomen, Deusdet cedo vel dono ad monasterio jamdicto aliquid de rebus proprietatis mee qui per hereditatem michi obvenit, hoc sunt caput mansi mei de Fol Issarto, cum vineas et ortos, cum terras cultas et incultas, cum quantum ad ipsos caput mansos aspicit vel aspicere videtur, quistum vel adinquirendum est, et quantum Adalgrimus pater meus visus fuit habere vel possidere, totum et abintegrum cedo vel dono ab ipsa casa Dei jam supradicta, pro anime meæ et pro anima jenitori meo Adalgrimo et jenitrice mea Raggardis; in ea vero racione, quamdiu vivit, teneat et possideat et husum et fructum et per singulos annos recipiant monachi vestiduram in dominico in comunia huno semodio de vino, et post obitum meum sancti Salvatoris et sancte Fide vel aliorum sanctorum remaneat in comunia, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de herebus vel propinquis meis aut ullus homo qui contra carta donatione ista ulla calumpia jenerare presumpserit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta donatione ista feria VII, in mense octubri, regnante Lothario rege. — S. Deusdet donatore qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Gualtado, Gaulterio, Bernardo, Hugono, Gauzfredo. — Rodbertus scripsit.

809.

Av. 1031-1065.

In conscribendis donationibus hic ordo servandus est ut prius nominetur nomen donatoris, deinde res quæ donantur. Quamobrem ego Guigo Guarinus et uxor mea Florentia damus sancto Salvatori et sanctæ Fidei de Conchas et abbati Odolrico et monachis illum mansum nostrum quem tenet Ingelbertus; et donat unum multonem et unum agnum et v ausos et unum dimidium de lana et unum porcum de duos solidos et unum sestarium de ordeo et tria semodia de sauma, per censum unum dimedium modium inter sigile et civata, per receptum IIII sestarios de civada et I de sigila, per censum v solidos et dimidium, per receptum v solidos et mediam carnem de una vaca.

310. BOZOLS.

Fin du xi^e^ siècle.

Ego Aldegerius et filius meus Petrus damus sancto Salvatori de Conchis et sancte Fidis virginis mansum unum qui dicitur Bolzols in villa que nominatur Venriagus, alodum et fevum totum et abintegrum.

311. DE ALAMANCIA.

Fin du xi^e^ siècle.

Breve de illo alode de Alamancia que est in terminio de sancto Tirsi que Amelius donavit sancta Fide : et debet censum octo denarios ; et post morte Amelio et uxore sua et filiùm suum Raimundo, sit sancta Fide.

312. DE MAZAGO.

Fin du xi^e^ siècle.

Locum sacrum sancte Dei ecclesie qui est constructus super alveum Dordonis, et est fundatus in honore domini nostri Jhesu Christi seu sancte Mariæ virginis necnon et clavigeri, ubi sancta Fides et sanctus Vincencius tumulati consistunt. Ego enim, in Dei nomen, Guido cedo vel dono illo alode meo de Mazago sancti Salvatoris et sancta Fide, excepto medietate de illo bosco, cedo vel dono sancti Salvatoris et santa Fide, pro anima mea, ut Deus omnipotens fiat michi in adjutorium ; in tale vero racione, quamdiu ego viro, teneo et recipient ipsi monachi vestidura per singulos annos inter annona et vino uno modio, et post mortem meam illo alode meo de Mazago cum ipsas terras, cum ipsas vineas, cum ipsos pratos, cum ipsa mediate de bosco, cedo vel dono sancti Salvatoris et sancta Fide vel ad ipsos monachos in comunia. Et si ullus homo tellere voluerit illo alodem quæ superius est nominatus de comunia, veniat unus de propinquis meis, aut ulla amissa persona aut ullus homo qui contra carte donatione ista ire aut agere aut tollere voluerit sancti Salvatoris et sancta Fide et ad ipsos monachos, fiat excomunicatus et maledictus de Patrem et Filium et Spiritum sanctum.

Facta carta donatione ista sub die dominico, in mense febroario, regnante domino Deo regem sperantem. — S. Guidonem qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Hugono, Deusdet Guidonem, Hugono, alio Hugono. — Benedictus scripsit.

✓ 313. DE LICIONICAS.

1004, août.

Domino magnifico Arbaldo abbate cum suis monachis emptores. Ego enim, in Dei nomen, Amblardus et filius suus Bernardus et soror sua venditores, juxta textum vendicionis constat nos quod ita et vendimus, hoc est una vinea medius aripendus; et accepimus de illas tres partes precium solidos octo; et est ipsa vinea in pago Ruthenico, in aro quæ dicitur in Licionicas. Et in ipso loco, illa vinea que habeo de vobis illas tres partes cedo ad vos vel vindo vobis, in tale convenientia de hodie a v annos que teneas illas tres partes de illa vinea; et accepimus de vos precium solidos x, et si a v annos non habueris illos x solidos teneant monachi illum alodem. Et in ipso loco illo bosco meo extra et illum que comparavi de Saiseto vobis vindo atque trado; et accepi de vos precium solidos IIII, et de ipso precio nichil remansit indebitum, et pro ipso precio manibus trado habendi, donandi et faciendi in omnibus quicquid facere volueris, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis nos, emutatas voluntates nostras, aut ullus homo aut ulla amissa persona qui contra carta vendicione ista ire aut agere vel inquietare voluerit, hoc ei non liceat facere et quod petit non vindicet, sed presens vindicio ista a me facta firma et stabilis permaneat cum stibulatione subnixa.

Facta carta vendicione ista, die mercoris, in mense agusto, anno VIII regnante Rodberto rege. — S. Amblardo qui vendicione ista scribere vel adfirmare rogaverit. S. Deusdet, Bernardo, Flodaldo, Aimono, Hugono. — Girbertus scripsit.

✓ 314. DE CROSA CARRIA.

1002, mars.

Locum sacrum sanctæ Dei æcclesiæ qui est situs in pago Ruthenico super alveum Dordonis, et est fundatus in honore

domini nostri Jhesu Christi seu et sanctæ Mariæ virginis et sancti Petri principis apostolorum necnon et clavigeri, ubi sanctus Vincentius et sancta Fides tumulati consistunt. Quamobrem ego enim, in Dei nomen, Gauzberga donatrix cedo vel dono ad prephato monasterio cujus vocabulum est Conchas, ubi Girbertus abba preesse videtur, cum cuncta congregatione ibidem Deo famulantes, hoc est alodus meus de Crossa Carraria ubi Rainaldus visus est manere ; et habet ipse alodus in se fines vel confrontaciones : de uno latus trata puplica, de alio latus terra Hugone, de tercio latus terra ad ipsa donatrice ; et de illo manso de Planias una pecia de terra, cum ipsas vineas, cum nogarios que in ipso alode de Crossa Carraria. Quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum cedo vel ad ipsos rectores seu ad ipsos Deo servientes, pro anima mea et pro anima filio meo Aicardo. In ea vera racione hoc facio, dummodo ego vivit, usum et fructum teneam, et post mortem meam sancti Salvatoris et sanctæ Fide remaneat, sine ullo contradicente sane. Quisque anno, sestarios III de vinum de vestitura sancti Salvatoris et sancta Fide in comunia dimitto. Si quis ego aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa subrogata persona fuerit qui contra vos ulla calumpnia jenerare presumpserit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta cessione ista die lunis, in mense martio, anno VI regnante Rodberto rege. — S. Gauzberga femina qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Deusdet, Gonbrando, Hugono, Deusdet, Autgerio. — Adalgerius scripsit.

315. CENTRAMA.

1031-1060, août.

Ego Hictor filius Deusdet et frater meus Bernardus cedimus et donamus sancto Salvatori de Conchas et sancte Fidei mansum nostrum qui vocatur Centrama ad alodem, illum quem mater nostra Hæcteria ad ipsos monachos donaverat pro sepultura patris nostri Deusdet. Donamus et firmamus ipsum mansum, cum totum censum et vicariam et cum quantum intra fines ejus concluditur, ad ipsos jamdictos sanctos et ad abbate Odolricum

et ad monachos ejusdem loci, sine ulle contradicente; et est mansus ipse in pago Ruthenico; in tali convenientia ut, si ullus abba aut rector monasterii tollere de comunia monachorum, potestatem non habeat, et si hoc factum fuerit, veniat unus de propinquis nostris et donet super altare sancti Salvatoris solidos II de Lemovicanos et teneat ipsum alodem.

Facta carta ista prima die augusti, regnante Ehenrico rege. — S. Hectori qui hanc donationem scribere et firmare rogavit. S. Bernardi fratris ejus, Hectori Amblard, Deusdet. — Geravus scripsit.

316. DE POZOLS.

996-1004, juillet.

Domino magnifico Girberto abbate emptore. Ego enim, in Dei nomen, Rainus venditor, juxta textum venditionis constat me vendidisse, quod ita et vendidi, tradidisse, quod ita et tradidi, hoc est unus aripendus meus in Pozols, cum ipso bosco quæ per eruginem parentorum obvenit mihi; et est ipse meus aripendus cum ipso bosco in vicaria Serniacense in loco quæ vocatur Pozols, quantumcumque ad ipso aripendo aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum vendo sancti Salvatoris et sancta Fidæ et domni Girberti abbati cum cuncta congregatione sancti Salvatoris et sancta Fide, et per hanc carta manibus vobis trado; unde accepi de vos precio, sicut inter me et vos bene complacuit, hoc sunt solidos XXX de Rodenesos, et de ipso precio retro nos nichil remansit indebitum, ita ut ab hanc diem habeatis, teneatis, possideatis et quicquid facere volueritis licentiam habeatis ad faciendum sane. Si quis ego, immutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa aut ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed insuper componat tantum et alium tantum quantum ipse meus alodus cum ipso bosco valere potuerit in duplum sit redditurus et quod petit non vindicet, sed presens carta vendicio ista firma et stabilis permaneat cum stibulatione subnixa.

Facta carta vendicione ista die lunis, in mane julio, regnante Rodberto rege. — S. Rainone qui carta vendicione ista scribere

vel adfirmare rogavit. S. Jorioni, Bernardo, Stephano, Guitbaldo. — Salustrius scripsit.

317. [IN ILLA GARRIGA.]

996-1004, mai.

Domino magnifico Girberto abbate emptore. Ego enim, in Dei nomen, Raingardis femina et filius meus Agenus venditores, juxta textum vendicionis constat nos vendidissemus, quod ita et vendidimus, tradidissemus, quod ita et tradidimus, hoc sunt v dinariatas de vinea quæ nobis per originem parentorum obvenit; et est ipsa vinea in loco quæ vocatur illa Garriga; et habet ipsa vinea in se fines : de totas partes terra ad ipsos venditores, quantum ad ipsa vinea aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum vendimus sancti Salvatoris et sancta Fidæ, ut per hanc cartam manibus vobis tradimus; unde accepimus de vos precium, sicut inter nos et vos bene complacuit, hoc sunt solidi XII de Lemoticanos, et de ipso precio retro nos nichil remansit indebito; ita ut ab hanc diem, habeatis, teneatis, possideatis et quicquid facere volueritis licentiam habeatis ad faciendum in omnibus sane. Si quis nos, inmutatas voluntates nostras, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa persona aut ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed insuper componat tantum et alium tantum quantum ipsa vinea valere potuerit in duplum sit redditurus et quod petit non vindicet, set presens carta venditio ista firma et stabilis permaneat cum stibulatione subnixa.

Facta carta venditione ista in die veneris, in mense madio, regnante Rodberto rege. — S. Raingardis femina et filio suo Aganone qui carta vendicione scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Frotardo, Austrino, Bernardo, alio Bernardo, Deusdet. — Salustrius scripsit.

318. DE POZOLS.

997-1031, juillet.

Locum sacrum sancta Dei æcclesia qui est constructus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris in loco cujus

vocabulum est Conchas, et est consecratus in honore domini et Salvatoris nostri vel sanctæ Mariæ et sancti Petri vel aliorum sanctorum. Venit prædictus vir nomen Bernardus et vendidit aliquid de alodem suum ad monachos cui nomen Girbertus et ad alios monachos ibidem Deo servientes, qui michi per eruginem parentorum obvenit; et est ipse alodus in pago Ruthenico, in vicaria Serniacense, in loco quæ vocatur Pozols : huno cambono; et habet ipse alodus in se fines vel confrontaciones : de uno latus rivo decurrente, de tercio latus terra ad ipso venditore. Quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum vobis vindo, et accepi de vos precium, sicut inter me et vos bene complacuit, hoc sunt solidi v, et retro nos nichil remansit indebitum ; et post hunc diem habeatis, teneatis, possideatis, quicquid facere voluerítis faciatis; et in ipso loco huno molendino cum ipso prato et cambono I, cum ipsas vernias et albaredda. Quantum ibi visus sum habere vel possidere, totum et abintegrum dono ad ipsos sanctos, in tale racione ut quamdiu vivo teneam, et post obitum meum ad ipsos sanctos remaneat in omnibus sane. Si quis ego, immutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa persona qui contra carta vendicione ista ulla calumpnia jenerare voluerit, oc ei non liceat facere, sed faciat sicut lex est, et cum Datan et Abiron abeat participationem in infernum.

Facta carta vendicione ista sub die marcis, in mense julio, regnante Rodberto rege. — S. qui carta vendicione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Umberto, Rainono, Jorio, Ugberto, Gauzfredo. — Rodbertus scripsit.

319. [DE MONTE BRUSONE.]

Locum sacrum sancte Dei ecclesiæ qui est constructus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris, ubi sancta Fides tumulata consistit, Conchas monasterii. Quamobrem ego, in Dei nomen, Anestasius et huxor mea Arentrude cedimus vel donamus illo manso nostro ubi Asterius visus est manere, et est in comitatu in Sestergo, in valle quæ vocatur Sinay, quæ est in

territorio que vocatur Monte Brusone; cedimus vel donamus sancti Salvatoris et sanctæ Fidis, sine ullo contradicente. Quantum ad ipsum mansum aspicit vel aspicere videtur, cum terras cultas et incultas, et in antea ista carta vel donatio ista firma et stabilis permaneat omni tempore. Et si ullus homo est qui ista donatio contrariare voluerit vel substantia de ipso manso abstulerit, excommunicatus permaneat ex parte Domini et sancta Fide vel aliorum sanctorum et de ipsos monachos Conchacensis cenobii; et illos homines qui, pro amore Domini et sancte Fidis, illa substantia de illo ipso manso preparare voluerint, absoluti et benedicti permaneant.

Facta carta donatione ista feria IIII, in mense novimbri, V kalendas decimbris, sub Rodulfo rege regnante. — S. Anestasius et uxor sua Arentrude qui carta donatione ista scribere fecit vel firmare rogaverunt. S. Francone, Willelmo, Marcello, Josfredo, Poncius, Marinus. — Geraldus scripsit.

320. DE BROCA.

XI^e siècle.

Ego Remigius de Monte Lauduno et gener meus Bernardus de Roca damus sancto Salvatori et sancte Fidei de Conchas illum alodem nostrum de Broca; et sunt mansi et III apendarias, et dabit unusquisque mansus VIII denarios, et dabit una apendaria IIII denarios et unaquæque ex aliis II; et hoc in tali convenientia ut, si aliquis homo inpignoraverit, veniat Remigius aut unus de propinquis ejus parentibus et ponat super altare sancti Salvatoris VI denarios, et teneat donec ad sanctos fiat recuperatum. Totum et abintegrum donamus, excepto bosco et frauces quæ in ipso sunt.

S. Remigius qui carta ista scribere jussit. S. Poncio filio ejus, Willelmo, Aicelena. — Raino scripsit.

321. VILLA DE FRONTIS IN BARRES.

906, mars.

Placuit atque convenit in virum venerabile Rodulfo abbate seu et cuncta congregatione monachorum sancti Salvatoris Conchas

monasterio ut ad alico homine nomen Gauzberto et uxoris suæ Udalgardis et filium suum Rodac ut eis per pestaria aliquis de res nostras concedere volumus, quod ita et fecimus, hoc est villa nostra cui vocabulum est Frontis ; et est ipsa villa in patria Rothenica, in aice Barrense. Quantum ad ipsa villa aspicit vel aspicere videtur, per prestariam vobis concedimus diebus vite nostre, ut usum et fructum habeatis una cum censum, hoc est libras quatuor de cera, per singulos annos a partibus monasterii sancti Martini ; et quantum ibidem adquirere poterimus in ipso aice, cum ipsas res que de vobis per prestariam habemus, post obitum nostrum sine ulla retardacione abintegrum permaneat ad ipsa Dei que vocatur Conchas. Et si ipse abba aut ullus rector æcclesiæ vel ipsi monachi se de hanc prestaria abstraere voluerint, faciant exinde sicut lex docet et postea non vindicent, et nos eadem modo similiter.

Facta prestaria ista die sabbato, in mense martio, anno VIII regnante Karolo rege. — S. Rodulpho abba hanc prestariam a me facta recognovit et omnes monachos ejusdem monasterii.

322. DE VAISA IN BARRES.

919, avril.

Locum sacrum sancte Dei æcclesiæ quæ est fundata in honore sancti Salvatoris in monasterio Conchas. Ob hoc igitur, in Dei nomen, Odda et Regemundus filius suus damus ad ipsa æcclesia sancti Salvatori mansos duos in vicaria Barres : manso in villa quæ dicitur Vaxa, manso ubi Gairardus visus est manere, et alio manso ubi Constantius visus est manere. Hoc donavimus pro anima Fredoloni et filio suo Bernardi, ut pius Dominus prestet illis indulgentiam de peccatis eorum minuandis ; istos mansos jam superius nominatos cedimus ad ipsa sancta Dei ecclesia sancti Salvatori, de presente donamus ad serviendum ibidem vel ad ipsos servientes Deo ibidem famulantes qui ibi sunt vel futuri erunt, id est habendi et possidendum sive in usus propriis detinendis, in ejus racione nec vindicare nec aliejenare non possunt, nec ad ullum hominem dare non possunt, nisi ad ipsos clericos qui ad ipsa sancta Dei æcclesia serviunt, et si hoc fecerunt ad ipsos pro-

prios parentes revertat. Sane si quis nos ipsi, immutata voluntate nostra, aut ullus de heredibus nostris vel ulla emissa persona qui contra hanc donatione inquietare voluerit, hoc ei non liceat vindicare quod petit, et beati Salvatorii metuens perorrescat, directa vero donatio ista firma permaneat cum stibulatione subnixa.

Facta carta donatione ista die lunis, in mense aprili, anno XXI regnante Karlo rege. — S. Oddane, Raimundo filio suo qui hanc carta donatione ista scribere et firmare rogaverunt. S. Hugono, Guarnario, Anjalberto, Jorio, Maganfredo. — Leudgarius scripsit.

323.

960, mai.

In Dei nomen. Placuit atque convenit inter virum venerabilem Stephano episcopo seu Hugoni abbati et cuncta congregatione monachorum qui sunt in Conchas monasterii, et Bernardo et uxore sua Adalaizcis quo inter se concambiare debuissent, quod ita et fecerunt. Dedit itaque Bernardus et uxor sua Adalaizcis a partibus Dominum omnipotentem et sanctis qui sunt in Conchas monasterio haliquid de alodem nostrum, hunum mansum hubi Andraldus visus est manere, quantum quistum vel adinquirendum est, totum et abintegrum vobis donamus in concambio, pro illo manso quæ de vos accepimus in Anglaris, ut post hac die habeatis, teneatis, possideatis et faciatis exinde quicquid facere voluerit, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis, emutata voluntate nostra, aut ullus de heredibus nostris aut ulla emissa vel subrogata persona fuerit qui contra concambiara ista ulla calumpnia inquietare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat exinde quod lex est.

Facta carta concambiaria ista die veneris, in mense madio, anno VI quod Lotharius rex cepit regnare. — Bernardo et uxore sua Adalaizcis qui carta concambiaria ista scribere vel adfirmare rogaverunt.

324. DE SERNIAGO.

970, février.

Locum sacrum sancta Dei æcclesia qui est constructus super

alveum Dordonis, in honore domini nostri Jhesu Christi seu sancti Salvatoris Conchas monasterii, ubi sancta Fides vel sanctus Vincentius tumulati consistunt, unde domnus Stephanus episcopus et Hugo abba rectores esse videntur. Ego enim Rainaldus cedo vel dono ad ipsa casa Dei aliquis de rebus proprietatis meæ qui michi per conquistum obvenit, hoc est unus caput mansus, cum mansione et orto et vinea, quantum ibi visus sum habere vel possidere totum et abintegrum ibi dono vel cedo. Et est ipse alodus in pago Ruthenico, in vicaria Montiniacense, in loco quæ vocatur Serniago ; et habet ipse alodus in se fines vel confrontaciones : de duas partes terra sancti Salvatoris, et de alias duas strata puplica ; quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum cedo vel dono ad ipsa casa Dei jam supradicta, pro remedium anime meæ, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis qui contra anc cartam ulla calumpnia jenerare presumpserit, hoc ei non liceat facere, sed faciat sicut lex est.

Facta carta donatione ista sub die lunis in mense febroario, anno XVI regnante Lotario rege. — S. Rainaldo qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Ragambaldo, Aldebaldo Arlando, Bernardo, Gualtado. — Rodbertus scripsit.

325. DE CORNO.

Vers 1007, mars.

Locum venerabile sancti Salvatoris et sancte Fide ceterorumque sanctorum qui requiescunt in Conchas, unde domnus Arlaldus abbas preesse videtur, decaniem curam gerit Airadus, ceteri fratres in officiis sibi commissis peragunt. Quamobrem ego enim, in Dei nomen, Geraldus donationem facio ad supra dicta aula Dei de rebus propriis meis qui per concambium michi advenit, que ex Begoni episcopi concambiavi. Et est ipse mansus in aice Gorceso, in vicaria de sancte Speria, in villa que nominant Corno, illo manso ubi Montrandus visus fuit manere ; et est ipse mansus cum curte et orto, cum pratis, pascuis, cum farinario et vernias ; cum quantum ad ipsum mansum aspicit vel aspicere videtur, totum dono Deo et sancte Fide, cum consilio Begoni episcopi,

pro anima mea, ut post hunc diem rectores loci illius faciant quicquid facere voluerint sane, sine ullo contradicente. Si quis ego ipse, immutata voluntate mea, aut ullus de heredibus meis qui contra ista ajere aut inquietare voluerit, inprimis iram Dei incurrat et sua petio vacua permaneat.

Facta carta ista in mense martio, sub feria III, regnante Rodberto rege. — S. Geraldo qui carta ista scribere vel firmare rogavit. S. Begoni episcopi, Hugoni, Stephano, Petroni. — Guarnerius scripsit.

326. DE SIRRIANO.

1003, 25 septembre.

Auctoritas etenim jubet ecclesiastica et lex precit romana ut, quicumque rem suam in qualicumque potestate terras fundere voluerit, per paginem testamenti eam infundat, ut prolixis temporibus secura et quieta permaneat potestatem. Quapropterea ego Arnaldus et uxor mea juxta nos pariter dona ad opus Dei vel ad ipsa æcclesia qui est consecrata in honore sanctæ Fidis semodiata de vinea culta ; et est in comitatu Arausico, in terminio de villa quem nuncupatat Sirriano; consortes : per uno fronte Archimbaldus et dextros XVI, et de alio fronte Lautardus et dextros XVI, per uno latus Aldoardus et dextros XX et I, et de alio latus via puplica et dextros XX et I, hac si quis et alii sunt consortes, quantum infra istos consortes concludunt, totum et abintegrum ad ipsa æcclesia super scripta vel ad ipsos canonicis qui ibidem deserviunt die noctuque, et pro eo quod Deus omnipotens ad diem judicii mercis hac mercis adcrescat nobis, et per oratione sacerdotum veniam parare dignetur, et illa voce mereamur audire quam Dominus erit dicturus : « Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi ». Sane si quis ego, si advenerit ullus homo ut ullus de heredibus meis qui contra donatione vel elemosinaria ista ire, agere, temptare vel inrumpere voluerit, non liceat vindicare quod repetit, sed conponat in vinculo auri libras V, et in antea donatio ista firma permaneat omnique tempore ante omnes preses pro omne firmitate subnixa cum stipulatione.

Facta donatione ista in civitate Arausiæ, VI kalendas octobris, anni dominice sunt mille III, indicione II. — Signum : Arnaldus qui donatione ista scribere jussit et testes firmare rogare manu sua propria rogavit. S. Archimbaldo, Aldoardo, Rainardo, Warnerio, Durando. — Venerannus scripsit.

327. ROCA MARDUNE.

Fin du XI^e^ siècle.

Ego frater Willelmus cedo et dono unum mansum in comitatu Sestairone, in castello que vocatur Roca Mardune, ad sancti Salvatori et sancta Fide, in presentia Radulfi et in presentia Pontioni. Et est census de illo manso : XII denarios ad missa sancti Juliani; espallas II, a nativitate Domini, de dinarios VI, panes II, vinum I sestarium, civada sestarium I; ad pascha, moltonem I de dinarios VIII, de vinum quarta parte, de annona tascha.

328. AD ILLA GARRIGA.

996-1031, octobre.

Locum sacrum sancte Dei æcclesiæ qui est consecratus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancte Fidei. Quamobrem ego Nizezius et uxor sua Stephana vendimus sancti Salvatoris et sancta Fide illo alode nostro que nobis per eruginem parentorum justissime obvenit; et est ipse alodus in pago Ruthenico, in vicaria Serniacense, in loco que dicitur ad illa Garriga; hoc est una peciola de terra; et habet in se fines de uno latus terra ad ipso venditore, de alio latus rivo decurrente, de tercio vero latus terra sancti Salvatoris. Quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum vendo ego Nizezius et uxor mea sancti Salvatoris et sanctæ Fidæ ; precium hoc est solidis octo quatuor de Lemoticanos et quatuor de Otonencos. Et fuit iste alodus sponsalicus ad uxore Nizezio ad ipso venditore, et dedit ad illa in concambio unum aripendum in ipsa Garriga de vinea.

Facta carta vendicione ista sub feria IIII, in mense octobrio, regnante Rodberto rege. — S. Nizezio et uxore sua Stephana qui carta ista scribere vel firmare rogaverunt. S. Gauzfredo, Begono, Airado. — Oddo monachus scripsit.

329. DE VILARS.

1060-1108.

Ego Atto Matfredus et uxor mea et filii nostri damus sancto Salvatori et sancte Fide de Conchis illum nostrum mansum de Vilars qui est in parrochia sanctæ Mariæ de Garbdis totum et abintegrum, alodum et phevum et vicariam, sicuti melius habuimus et visi sumus habere. Fines vero istius mansi terminantur : ex una parte usque in stratam puplicam, et ex alia parte rivum Lauconis, et ex alia parte desuper aliam stratam publicam et usque ad fontem Mercadieram, et ex alia parte desubtus usque in Perario et ad illas Foveas. Quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum donamus domino Deo et sanctæ Fidi. Et quantum de supradicto manso remanserit extra fines istos, similiter damus ubi in qualicunque loco fuerit, sicut terminavimus et terminare fecimus, videntibus fevalibus nostris, Duranno et Amelio, et pro hoc alium fevum a nobis accipientibus et hoc donum auctorizantibus et laudantibus. Si vir aut femina ex projenie nostra hoc donum usurpare aut infringe voluerit, det altari sancte Fidis de Conchis tres libras auri, et postea sit firma et stabilis hæc donatio.

S. Atto Matfredi et uxori ejus. S. Geraldo Ameli, Duranno Raimundi, Amelii Mancipio, Ameli filiaster ejus, Atto Saisset, Rigualdi Hermengaudi, Petri Bego. — Regnante Philippo rege. — Durannus scripsit.

330. DE ASPERARIAS.

966, novembre.

Locum sacrum sancte Dei æcclesiæ qui est situs in pago Ruthenico, in vicaria Ferrairense que est fundatus super alveum Dordonis in honore domini nostri Jhesu Christi et sancta Maria et sancti Petri principis apostolorum, hubi sanctus Vincentius et sancta Fides tumulati consistunt, unde domnus Stephanus episcopus et Hugo abba rectores preesse videntur cum cuncta congregatione ibidem Deo famulantes. Quamobrem ego enim, in Dei

nomen, Frotardus clericus cedo vel dono ad prephato monasterio cujus vocabulum est Conchas villa mea qui michi per hereditatem obvenit; et est ipsa villa mea in pago Ruthenico, in vicaria Maurotense, in loco quæ vocatur Asperarias. Illos mansos duodecim que ego Frotardus visus sum habere vel possidere, ipsos mansos, cum terras cultas et incultas, cum pratos et boscos, cum exeos et regressos, cum aquis aquarum, cum quantum ad ipso mansos aspicit vel aspicere videtur, quistum vel adinquirendum est, totum et ab integrum cedo vel dono ad ipsa casa Dei jam supra dicta, pro anima mea et pro anima jenitore meo Hictore et jenetrice mea Senegundis et fratres meos et propinquis meis, ut post hunc diem habeatis, teneatis, possideatis et fructum fructuarium recipiatis, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, vel ullus de heredibus et propinquis meis aut ulla amissa persona vel ullus homo per ullo quoque injenio qui contra carta donatione ista ire aut agere vel inquietare voluerit, faciat exinde quod lex est.

Facta carta donatione ista sub die mercoris, in mense novimbrio, anno XII regnante Lothario rege. — S. Frotardo qui carta donatione ista scribere vel firmare rogavit. S. Umberto, Escafredo, Odalrico, Abono, Sigerio. — Rodbertus scripsit.

331. DE ALTA BETIA.

997-1004, août.

Domino magnifico Girberto abbate emptore. Ego enim, in Dei nomen, Gauzbertus levita venditor, juxta textum vendicionis constat me vendidisse, quod ita et vendidi, tradidisse, quod ita et tradidi, hoc est medius mansus meus in pago Ruthenico, in vicaria Dunense, in villa quæ vocatur Altabetia, ubi Arlaldus visus est manere, cum medios boscos, cum medias vernias, cum medias terras cultas et incultas, cum quantumcumque ad ipso medio manso aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum vendo sancti Salvatoris et sancta Fide et domni Girberti abbati cum cuncta congregatione sancti Salvatoris et sancta Fide, et per hac carta manibus vobis trado; unde accepi de vos precio, sicut inter me et vos bene complacuit, hoc sunt solidi

XX et VI de Lemoticanos, et de ipso precio retro nos nichil remansit indebitum; ita ut ab hanc diem habeatis, teneatis, possideatis et quicquid facere volueritis licentiam habeatis ad faciendum sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa persona aut ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed insuper componat tantum et alium tantum quantum ipse medius mansus cum ipsa media terra valere potuerit in duplum sit rediturus et quod fecit non vindicet, set presens carta vendicio ista firma et stabilis permaneat cum stibulatione subnixa.

Facta carta vendicione ista sub die sabbati, in mense augusti, regnante Rodberto rege. — S. Gauzberto levita qui carta venditione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Gauzberto, Deusdet presbytero, alio Deusdet, Hictore, Guitbaldo. — Oddo scripsit.

332. DE MURO.

984, octobre.

Locum sacrum sancte Dei æcclesiæ qui est situs in pago Ruthenico super alveum Dordonis, et est fundatus in honore domini nostri Jhesu Christi pseu sancte Mariæ virginis et sancti Petri principis apostolorum necnon et clavigeri, ubi sanctus Vincentius et sancta Fides tumulati preesse videntur. Ego enim, in Dei nomen, Matfredus cedo vel dono illo manso meo in Muro ubi Injœlradus visus est manere, qui mihi per hereditatem obvenit; et habet ipse mansus in se fines vel confrontaciones : de duas partes terra ad ipso venditore, de tercio vero latus terra Bernardo; et est ipse mansus cum curto et orto et cum cunctis edificiis, cum pratis, cum pascuis, aspicit vel aspicere videtur, quistum vel adinquirendum est, totum et abintegrum cedo vel dono ad ipsa casa Dei jam supradicta vel ejusdem Deo servientes, ut post hunc diem teneatis, possideatis et in comunia teneatis, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de propinquis meis aut ulla amissa persona fuerit qui contra carta donatione ista ire aut agere vel inquietare voluerit, hoc eis non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta donatione ista die mercoris in mense octubrio,

anno XXX regnante Lothario rege. — S. Matfredo qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Arnoldo, Stephano, Hugono, Raimundo. — Benedictus scripsit.

333. DE LICIONICAS.

997-1004, avril.

Domino magnifico Girberto abbate emptore. Ego enim, in Dei nomen, Amblardus venditor, juxta textum venditionis constat me vendidisse, quod ita et vendidi, tradidisse, quod ita et tradidi, hoc est medius aripendus meus de vinea que michi per conquistum obvenit; et est ipse medius aripendus in pago Ruthenico, in vicaria Serniacense, in villa quæ vocatur Licionicas; quantumcumque ad ipso medio aripendo aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum vendo sancti Salvatoris et sancta Fide et domni Girberti abbatæ cum cuncta congregatione sancti Salvatoris et sancta Fide, ut per hanc cartam manibus vobis trado; unde accepi de vos precium sicut inter me et vos bene complacuit, hoc sunt solidi XX et III Ruthenensi, et de ipso precio retro nos nichil remansit indebito, ita ut ab hanc diem habeatis, teneatis, possideatis et quidquid facere volueritis licentiam habeatis ad faciendum in omnibus sane. Si quis ego ipse, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa persona ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed insuper componat tantum et alium tantum quantum ipse medius aripendus valere potuerit in duplum sit redditurus et quod petit non vindicet, sed presens carta vendicio ista firma et stabilis permaneat cum stibulatione subnixa.

Facta carta venditione ista in die veneris, in mense aprili, regnante Rodberto rege. — S. Amblardo qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Girardi, alio Girardi, Bernardi, alio Bernardi, Aimoni. — Oddo monachus scripsit.

334. DE ROSARIO.

1031-1060.

Loco sacro Conchacensis monasterii qui est consecratus in honore domini et salvatoris nostri Jhesu Christi, ubi beatissima

virgo requiescit Fides, in quo Odolricus abba preesse videtur. Ego Ingelbertus Bonius et filius meus Deusdet domus unam dinariadam de vinea in Rosario que vocatur ad Faurgas, subtus Garabotesca, in parrochia de ecclesia sancti Lupi ad alodem; et donat ipsa vinea quartum et sestarium I de civada et dinarium I; et alium alodem quem habeo dono similiter sancti Salvatori et sancta Fidi, si filius meus Deusdet sine filiis obierit de uxore.

Facta carta ista feria VI, regnante Ehenrico rege. — S. Ingelberti et Deus[det] qui cartam istam scribere juserunt.

335. DE VILARO.

996-1031.

Locum sacrum sanctæ Dei æcclesiæ qui est constructus in loco que vocatur Conchas in honore domini nostri Jhesu Christi vel sancta Maria matris ejus et sancti Petri, hubi sanctus Vincencius et sancta Fides tumulati jacent. Venit predictus vir nomen Gauzbertus et filius ejus Guarnerius et vendiderunt suum alodem ad ipsos monachos de Concas; et est ipse alodus in pago Ruthenico, in vicaria Serniacense, in loco que vocatur Vilaro; et accepit de vos precium, sicut inter nos et vos bene complacuit, hoc sunt solidi V et hunus sestarius de vino et nichil retro vos remansit indebitum; et post hunc diem habeatis, teneatis, possideatis in omnibus sane. Si quis nos, inmutata voluntate nostra, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa persona qui contra carta venditione ista ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat sicut lex est, et cum Datan et Abiron habeat participationem in infernum.

Facta carta venditione ista sub die sabbato, regnante Rodberto rege. — Signum : Gauzberto et filio ejus Guarnerio qui carta venditione ista scribere vel adfirmare rogavit. Signum : Bernardo, Rainaldo, alio Rainaldo. — Rodbertus scripsit.

336. DE CANTAGREL.

997-1004, juin.

Domino magnifico Girberto abbate emptore. Ego enim, in Dei nomen, Aldefredus et uxor mea Gauzberga venditores, juxta

textum vendicionis constat vobis vendidisse, quod ita et vendimus, tradidisse, quod ita et tradimus, hoc sunt vineas tres aripendi, cum bosco quæ nobis per origine parentorum obvenit; et est ipse alodus in pago Ruthenico, in vicaria Serniacense, in loco quæ vocatur Cantagrelo; et habet ipse alodus in se fines : de uno latus terra sancti Salvatoris et sancta Fide, de alio latus terra Oddane, et de alio latus gutta decurrente. Quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum nos vendimus sancti Salvatoris et sanctæ Fidei, et domno Girberto abbatæ cum cuncta congregatione monachorum; unde accepimus de vos precium, sicut inter nos et vos bene complacuit, hoc sunt solidi xx de Rodenesos, et de ipso precio retro nos nichil remansit indebito; ita ut post hunc diem habeatis, teneatis, possideatis et quicquid facere volueritis faciatis, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis nos, inmutatas voluntates nostras, aut ullus de heredibus vel propinquis meis qui contra carta vendicione ista ulla calumpnia jenerare præsumpserit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta vendicione ista die veneris, in mense junio, regnante Rodberto rege. — S. Rainoni, Jorio, Bernardo, Begoini. — Salustrius scripsit.

337. BECIARIA.

Vers 1012, novembre.

Domino magnifico Airado abbate vel cuncta congregatione sancti Salvatoris vel sancta Fidæ Conchas monasterii emptores. Ego enim, in Dei nomen, Aldiardis femina et filios meos venditores, juxta textum vendicionis constat nos vobis vendidissemus, quod ita et vendidimus, tradidissemus, quod ita et tradidimus, hoc est alodus noster qui nobis per eruginem parentorum obvenit, uno dimedio aripendo de vinea quæ Gonberga tenet a beneficio, et in ipso loco plantarios quæ Petrus et Hictor plantaverunt, in vicaria Dunense, in loco que vocatur Beciaria et in Auna; et habet ipse alodus in se fines : de uno latus terra Petroni, de alio latus terra ad filios Dodeldis, de tercio latus strata puplica, de quarto latus terra Deusdet et Bernardo et Guidone. Quantum

infra istas fines concluditur, totum et abintegrum vobis vendimus Airado abbati vel cuncta congregatione sancti Salvatoris; et accepimus de vos precium, sicut inter nos et vos bene complacuit, hoc sunt solidi quindecim, et retro nos nichil remansit indebitum; ut post hunc diem habeatis, teneatis, possideatis et quicquid facere volueritis faciatis, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ullus homo per ullo quoque injenio qui contra carta vendicione ista ulla calumpnia generare præsumpserit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta sub die sabbato, in mense novembrio, regnante Rodberto rege. — S. Aldiardis qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Deusdet, Bernardo, Austrino, Willelmo. — Salustrius scripsit.

338. DE PALVENSSE.

989? février.

Locum sacrum sanctæ Dei æcclesiæ qui est constructus in honore domini et salvatoris nostri Jhesu Christi seu et sancta Maria genitricis Dei et sancti Petri clavigeri, ubi sanctus Vincentius et sancta Fides tumulati consistunt, qui est super alveum Dordonis, ubi domnus Arlaldus abba preesse videtur cum monachis ibidem Deo famulantibus. Ego enim, in Dei nomen, Hictor cedo vel dono ad ipsa casa Dei suisque servientibus aliquis de rebus proprietatis meæ, pro anima mea et pro anima Umberti patre meo, ut pius Dominus ad judicium veniam nobis tribuere dignetur, hoc est medius boscus de Palvensse qui mihi ex origine parentorum obvenit, qui est in pago Ruthenico, in vicaria que vocatur Dunense. Quantum ad ipsum boscum aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum cedo vel dono ad ipsa casa Dei vel ad ipsos Deo servientibus, ita ut post diem hanc neque ego neque ullus de heredibus meis nec ulla admissa persona nec composita ipsa donatione que ad ipsa casa Dei cedimus abstraere vel minuare voluerit omnino non possit, et si hoc facere presumpserit, componat ad ipsos rectores seu ad ipsos Deo servientes de ipsa casa Dei qui eo tempore preesse videntur tantum

et alium tantum quantum ipse boscus superius nominatus eo tempore melioratus valere potuerit in duplum sint redituri, et quod petit non vindicet, sed presens cessio ista inviolabile omnique tempòræ obtineat firmitatem cum stibulatione subnixa.

Facta carta donatione ista die sabbato in mense febroario, anno u regnante Hugono rege. — S. Hictore qui carta ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Umberto, Ademaro, Isarno, Hictore Arnaldo, Deusdet. — Deusdet scripsit.

339. DE DUNENSE.

Vers 1012, janvier.

Domino magnifico Airado abbate cum cuncta congregatione sancti Salvatoris emptores. Ego enim, in Dei nomine, Ragambertus et uxor mea Senegundis, juxta textum vendicionis constat nos vendidissemus, quod ita et vendidimus, tradidissemus, quod ita et tradidimus, hoc est alodus noster de Dunense, duos mansos; et est ipse alodus Senegundis, cum mansiones, cum vineas, cum boscos, cum terras cultas et incultas; totum et abintegrum vendimus sancti Salvatoris et sanctæ Fidei et domni Airadi abbati et cuncta congregatione sancti Salvàtori et sanctæ Fidi, et per hanc cartam manibus vobis tradimus; unde accepimus de vos precium, sicut inter nos et vos bene conplacuit, hoc sunt solidi quaranta et quinque de Ruthenis, et de ipso precio retro nos nichil remansit indebitum, ita ut ab han diem habeatis, teneatis, possideatis et quicquid facere volueritis licentiam habeatis ad faciendum sane. Si quis nos, inmutatas voluntates nostras, aut ullus de heredibus vel propinquis nostris aut ulla amissa personna aut ulla calumpnia generare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta venditione ista sub die lunis, in mense januarii, regnante Rodberto rege. — S. Ragambertus et uxor mea Senegundis qui carta vendicione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Campioni, alio Capioni, Hictori, Ademari. — Saluster scripsit.

340. DE FERRARIENSE.

961, juin.

In nomine Domini ac Dei nostri. Locum sacrum qui est situs in pago Ruthenico, in honore et reverentia domini et salvatoris nostri Jhesu Christi et reliquiis ejus deligatis seu et sancta Maria matris ejus et ex reliquiis beati Petri principis apostolorum, ubi sanctus Vincentius et sancta Fides tumulati requiescunt, cujus vocabulum est Conchas, et sociis eorum qui in eodem domicilio conectuntur, qui est situs in pago Ruthenico, in ministerio Ferrariense, super fluvium Dordone, ubi Stephanus episcopus et Bego episcopus et Hugo abba preesse videntur, una cum monachis ibi Deo servientibus. Igitur ego, in Dei nomen, Guitbertus sacerdus cedo vel dono a supra jamdicta casa Dei vel ad rectores loci illius qui ibidem Deo deserviunt vel alios qui servituri sunt, hos est caput mansus qui michi per conquistum obvenit. Et est ipse caput mansus in pago Ruthenico, in ministerio Montiniacense, in villa cujus vocabulum est Serra; et habet ipse caput mansus fines in se vel confrontaciones: de superiore latus strata puplica, et de alio latus terra sancti Salvatoris, de tercio latus vinea Arcimbaldo, et de subteriore latus rivo currente. Quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum cedo vel dono ad ipsa casa Dei jamdicta, pro anima mea et pro anima Gauzfredi et Adalgrimi et Willelmi et Raingardane, ut Deus omnipotens nobis ad judicium concedere dignetur. In eadem vero racione hoc facio, quamdiu ego vivo, teneam et possideam, et dono vestidura uno modi de vino per singulos annos. Licentiam vero nec potestatem non habeant nec ullus abba nec ulli monachi nec vendere nec concambiare nec beneficiare nec in feo donare, licentiam non habeat ad faciendum; et quicumque facere voluerit, auferet Deus partem illius de libro vite et cum Datan et Habiron in infernum inferiori participationem habeat, et si aliter fecerint, recipiat Bego in opus suum. Si quis ego, inmutata voluntate mea aut ullus de heredibus meis vel propinquis aut ullus homo per ullo quoque injenio qui contra carta donatione ista ire aut agere vel inquietare voluerit, hoc ei non liceat facere; si quis hoc

facere voluerit, faciad quod lex est et hac carta firma permaneat.

Facta carta cessio ista sub die veneris, in mense junio, anno VII, regnante Loterio rege. — S. Guilberto presbytero qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Isalgado, Sigerio, Girardo, Hugoni, Salustrino, Aldegerius, Rigualdo.

341. DE FRONTIS.

955-986.

Locum sacrum sancta Dei æcclesia qui est constructa super alveum Dordonis, in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris seu sancti Petri clavigeri, hubi sanctus Vincentius vel sancta Fides tumulati quiescunt. Donat predictus clericus nomine Matfredus aliquid de rebus proprietatis suæ qui ei per conquistum obvenit, et est ipse alodus in pago Arvernico, in vicaria Cartlatense, in villa quæ vocatur Frontis, illo manso que ibi visus sum habere, et ad ipsum mansum aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum dono ad ipsa casa Dei jam supradicta, pro anima mea; et teneant eum monachi in comunia. Et si est ullus homo qui donet eum, veniat unus de propinquis meis aut ulla amissa persona qui contra carta donatione ista ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat sicut lex est.

Facta carta donatione ista sub die jovis regnante Lothario rege. — S. Matfredo clerico qui carta ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Bernardo, Stephano, Girardo, Grimoardo. — Rodbertus scripsit.

342.

997-1004, mars.

Domino magnifico Girberto abbatæ et cuncta congregatione monachorum sancti Salvatoris et sanctæ Fide vel aliorum sanctorum Conchas monasterii emptores. Ego enim, in Dei nomen, Giraldus et uxor mea Ingelberga et filius meus Giraldus et filiæ meæ Duranta et Girberga venditores, juxta textum vendicionis constat nos vendidisse vobis, quod ita et vendidimus, hoc est

unus caput mansus, cum mansiones, cum curte et orto et trolio, cum exeo et regresso, cum vineas, hoc sunt VI dinariatas, cum terras cultas et incultas. Quantum ad ipsum alodem aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum vendimus sancti Salvatoris et sancte Fide vel aliorum sanctorum et a Girberto abbatæ vel cuncta congregatione monachorum sancti Salvatoris et sancta Fide; et accepimus de vos precium sicut inter vos et nos bene complacuit, hoc sunt solidi XX et III et retro vos nichil remansit indebitum. Et habet ipse alodus in se fines vel confrontaciones : de uno latus terra sancti Juliani, de alia parte terra sancti Petri, de tercia parte sancti Petri et sancti Jeraldi, de quarto latus strata puplica; quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum vobis vendimus, ita ut post hunc diem habeatis, teneatis, possideatis quicquid facere volueritis in omnibus sane. Si quis nos, inmutatas voluntates nostras, aut ullus de heredibus nostris qui contra carta vendicione ista ulla calumpnia generare præsumpserit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta vendicione ista sub die veneris, in mense marcio, regnante Rodberto rege. — S. Giraldo qui carta vendicione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Girberto, Folcusio, Guarnerio, alio Guarnerio. — Oddo scripsit.

343. DE GRANARIO.

903, mai.

Locum sacrum sancte Dei æcclesiæ qui est situs in pago Ruthenico, super alveum Dordonis, et est fundatus in honore domini nostri Jhesu Christi pseu sanctæ Marie virginis et sancti Petri principis apostolorum necnon et clavigeri, ubi sanctus Vincentius et sancta Fides tumulati esse videntur. Ego enim, in Dei nomen, Rainus cedo vel dono una peciola de vinea quæ ego habeo in ipso Granario; quantumcumque ego ibi visus sum habere vel possidere, totum et abintegrum cedo vel dono ad ipsa casa Dei jam supradicta vel ejusdem rectores, ut post hunc diem habeas, teneas, possideas et faciatis quicquid facere volueritis, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis ego,

inmutata voluntate mea, aut ullus de propinquis meis aut ullus de heredibus meis aut ullus homo per ullo quoque injenio aut ulla amissa persona vel subrogata qui contra carta donacione ista ire aut agere vel inquietare voluerit, hoc eis non liceat facere nec licentiam non habeant ad faciendum, sed faciant quod lex est.

Facta carta donatione ista, sub die sabbato, in mense madio, anno v regnante Karlo rege. — S. Rainono qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Bernardo, Deusdedit, Bernardo, Gauzfredo, Deusdet. — Benedictus scripsit.

344. DE JULANIUS.

Fin du xi^e^ siècle.

Ego Ragambertus filius Arimundum dono sancti Salvatoris de Conchas et sancta Fide et sancti Antonini duas modiadas de vineas in loco que dicitur Julanius, in comitatu de Avinione, ubi Aldabertus visus est manere; totum et abintegrum dono sic et adfirmo.

S. Petroni, Gualterio, Laufredo, Audberto de Gravison, Jadberto, Pontioni, Aldebrano, Johanne Moltono.

345. AD SANCTUM STEPHANUM.

Fin du xi^e^ siècle.

Ego Bernardus Vaiselleder dono sancti Salvatori de Conchas et sancta Fide et ad monachos una semodiata de vinea in loco que dicitur ad sanctum Stephanum subtus Avinione que tenet ipse Aldebertus.

346. DE PALATIO.

Av. 1031-1065.

Ego Stephanus cognomine Maurinus absolvo et relinquo sancto Salvatori de Conchas et sancte Fidei, et abbati Odolrico et mochis ejusdem loci qui sunt et qui erunt, illos mansos et illas vineas et terras et fructus earum et illas convenientias et tortos

quos ego razonabam me habere de abbates et de monachos in Palacio et in toto alode, et illas mansiones de Lupiano quas Rodbertus monachus acaptavit; sicuti in ista carta scriptum est, ego sic tenebo de ista hora in antea, me sciente, per fidem, sine enganno.

S. Stephano qui carta ista scribere rogavit, Rigualdi sacerdote, Bernardi, Petroni. — Johannes monachus scripsit.

347. DE SOLARIUS.

xi^e^ siècle.

Loco sacro Conchacensi monasterio qui est consecratus in honore sancti Salvatoris, ubi beatissima requiescit Fides. Ego Bernardus Oddo et frater meus Arnaldus cedimus et donamus illum alodem nostrum qui est in pago Caturcinio, in vicaria Saddiriaco, hoc est unus mansus qui vocatur Solarius, ubi Donadeus et Gauzbertus fratres manere. Donamus istum alodem supradictum Deo et sancte Fidei et monachis ejusdem loci, in tali convenientia ut in diebus vite nostre ipsum alodem teneamus et post mortem nostram Deo et ad monachos licitum et quietum remaneat, et ab hodie per hunum quemque annum quatuor denarios Lemovicanos per censum monachi habeant et recipiant. Si nos aut ullus de heredibus nostris ad sanctos voluerit tollere, non liceat ei, set si facere voluerint, faciant quod lex est.

S. Bernardi Oddoni, Arnaldi, Gauzberti de Castello Novo, Bernardi fratris Gauzberti, Raimundi.

348. DE CILIANO.

Fin du xi^e^ siècle.

In Jhesu Christi salvatoris nomine. Ego Maria, dum jaceo in infirmitate detenta et paveo ne repentinus mortis michi eveniat, donatrix sum domino Deo et altario sanctæ Fidis virginis sive habitatoribus ejusdem loci modiatam vineæ in comitatu Narbonense, in terminis de villa Ciliano; et advenit michi propter alodium matris meæ. Affrontat ipsa vinea ex una parte in stagno, et de alia parte in faxias de Bernardo Willelmo. Ego jam dicta

Maria dono ipsam vineam tali tenore ad sanctam Fidem quod, si Deus reddidit michi pristinam sanitatem, propter suam virginem prænominatam, habeant illam ipsi sui habitatores in servicium domino Deo et ipsius loci.

349. DE URSARIAS.

Fin du xi^e^ siècle.

Ego Pontius Lautaldus et uxor mea Poncia damus sancto Salvatori et sancta Fide de Conchas illum mansum nostrum de Ursarias, ubi Bernardus Dodolenus visus est manere; et habet censum unum sestarium de sigile et XVIII denarios et multonem cum ausso et agnum et receptum cum IIII militibus et per sauma XVIII denarios et quartum de lino; et est ipse mansus in comitatu Gabilonensi; in tali convenientia ut, in vita nostra, XII denarii sancte Fidi dentur, et post mortem uxoris meæ sanctæ Fidi ab integro remaneat.

S. Pontioni et uxori sue qui carta ista scribere rogaverunt. S. Stephano Gaucelmo, Willelmo filio meo.

350. DE TANAVELLA.

Vers 1065.

In nomine summe et individue Trinitatis. Ego Dalmacius et uxor meo Aldiardis et frater meus Stephanus et filius meus Rodbertus damus sancto Salvatori et sancte Fidei Conchacensis monasterii hoc quod habemus in villam que vocatur Tanavellam, id est quatuor mansos cum decimo et vicaria et ipsos feusales que per nos tenere debent. De uno quoque manso exeunt duo solidi de vendemia et octo de multone, et in totam predictam villam totum decimum de apprehensionibus hominum et medietatem decimi de animalibus eorum. Hæc omnia superius scripta damus sancto Salvatori et sanctæ Fidis prescripti cenobii pro hereditate filii nostri Bertrandi monachi.

S. Stephani abbatis, Odolrici abbatis, Petri monachi, Begoni monachi, Deusdet de Vigorono, Petroni de Tremolias, Begoni de Cumbreto, Armando Castano, Stephani presbyteri. S. Dal-

macii et Stephani fratris et uxoris sue Aldiardis et filii Rodbertis qui istam cartam firmaverunt et firmare rogaverunt. — Bertrandus monachus scripsit.

351. DE PEIRELADES.

AV. 1031-1065.

Ego Willelmus Raimundus dono sancto Salvatori de Conchas et sancte Fidei et abbati Odolrico et monachis unum mansum in comitatu de Peiralades; et donat censum unum multonem et unam pernam de porcum et tasqua de annona et quartum de vinum; in tali convenientia ut, si vult eum redimere pater suus aut fratres, ponat duas uncias de auro super altare sancti Salvatoris, et si hoc facere noluerint, teneant eum monachi ad alodum usque dent II uncias de auro. Et est iste mansus supradictus in villa de Boscairon.

S. Raimun Adalbertus de Vilarnol.

352. DE BOZIOLO.

902, mai.

Locum sacrum sancte Dei ecclesie qui est situs in pago Ruthenico, super alveum Dordonis, et est fundatus in honore domini nostri Jhesu Christi pseu sancte Marie virginis et sancti Petri principis apostolorum necnon et clavigeri, ubi sanctis Vincencius et sancta Fides tumulati esse videntur. Ego enim, in Dei nomen, Guitbaldus cedo vel dono illo alode meo que ego habeo in Boziolo, illa vinea mea tres dinariatas de vinea et una medaliata cedo vel dono sancta Fide, in emenda de illo malo quem ego habeo sancta Fide facto, omnique tempore ille alodus semper sit sancta Fide in ad luminaria; et habet ipse alodus fines: de uno latus terra sancti Salvatoris, de alio latus rivo decurrente; quantumcumque ad ipsa vinea aspicit vel aspicere videtur totum et abintegrum cedo vel dono sanctæ Fide in ad luminaria, sine ullo contradicente sane.

Facta carta donatione ista sub die lunis, in mense madio, anno IIII regnante Karolo rege. — S. Guitbaldo qui carta dona-

tione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Arlando, Bernardo, Amalfredo, Gauzfredo, Stephano. — Benedictus scripsit.

353. DE TORNIS.

997-1031, mai.

Locum sacrum sancta Dei æcclesia qui est constructus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris vel sancti Petri, in loco quæ vocatur Conchas, ubi sancta Fides vel sanctus Vincentius requiescunt. Venit homo nom Aribertus et uxor suo Girberga, donant ad ipso loco jam supradicto aliquid de rebus proprietatis sue qui eis per originem parentorum obvenit, hoc est unus mansus in Tornis, et est ipse alodus in pago Alvernico, in vicaria Salensis ; et post hunc diem habeatis, teneatis, possideatis in comunia in omnibus sane, sine ullo contradicente. Et si est nullus homo qui tollere voluerit de comunia, veniat ullus de filios et donet sancti Salvatori et sancta Fide una candela de unum denarium. Si quis nos, inmutatas voluntates nostras aut ullus de heredibus vel propinquis nostris aut ullus homo per ullo quoque injenio qui contra carta donatione ista ulla calumpnia generare præsumpserit, hoc ei non liceat facere, sed faciat sicut lex est.

Facta carta donatione ista sub die lunis, in mense madio, regnante Rodberto rege. — S. Ariberto et Girberga sorore sua qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Bernardo, Gualterio, Ariberto. — Salustrius scripsit.

354. DE POJOLO MEJANO.

997-1031, mai.

Domino magnifico emptore. Ego enim, in Dei nomen, Gauzfredus donator dono sancta Fide uno meo caput manso que est in Pojolo Mejano, cum boscos, cum terras, cum vineas ; quantum ad illum caput mansum aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum dono sancta Fide, in tale racione, quamdiu vivent, teneant et post discesum suum sancta Fide remaneat, et concensum omnique anno III denarios ; et habet in se fines : de uno

latus terra sancti Stephani, de alio latus terra Avane, de tercio latus terra Geraldo, de quarto latus via puplica; quantum intra istas fines continet totum et abintegrum dono sancta Fide.

Facta donatione ista in mense madio, sub Rodberto rege. — S. Gauzfredo qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Geraldo, Raterio. — Ademarus scripsit.

355. DE CASTLARO.

1032-1060, avril.

Ego, in Dei nomen, Gisla abbatissa cedo et dono sancti Salvatoris et sanctæ Fidis de Conchas mansum meum de Castlaro qui mihi per conquistum de alode sancti Salvatoris obvenit; et ipse mansus est in comitatu Ruthenico, in vicaria Goliniacense. Quantum ad ipsum mansum aspicit vel aspicere videtur totum ex integrum dono sancti Salvatoris et sancte Fidis et monachis ibidem Deo famulantibus, pro anima mea et animabus parentum meorum. Et si ullus abba aut rector monasterii de comunia ejecerit, veniat Hugo nepus meus aut unus de plus propinquis meis et donet sancte Fidis XII denarios et teneat ipsum alodem.

Facta carta ista prima die mensus aprilii, regnante rege Heenrico. — S. Gislane qui cartam istam scribere rogavit. — Et ipse mansus habet censum VIII denarios.

356. DE TANAVELLA.

1060-1108, juillet.

Ego Rodbertus et fratres mei Odilo et Willelmus et Bertrandus et Stephanus et sorores nostræ donamus et vendimus omne honorem quem dedit pater noster Rodbertus sancti Salvatoris de Conchas et sancte Fidei virginis, et abbati Odolrico et monachis præsentibus et futuris ipsius loci, hoc est quantum in Tanavella visus fuit habere juste vel injuste; et per hoc accepit pater noster de abbate Odolrico et de Ademaro priore et de monachis C quinquaginta solidos de Pogesos et unum mulum. Similiter per C quinquaginta de Pogesos et donamus in Ladguado duos mansos ad alodum; et donamus in ipso Ladguado, de viginti mansos et

de quatuor apendarias de una queque mansione que in ipso alode factæ fuerint, unum denarium et sepulturam et proferta ad altare et babtisterium et justiciam ad presbyterum, ut sicut solet respondere ad ecclesiam de Avalogulo, ita respondeat ad æcclesiam de Tanavella. Et donamus in Cantbonneto duos mansos ad alodo, et donant ibi monachi decem solidos de Pogesos. Et damus in Avalojolo unum pratum in Ramegesco, et ille qui pratum tenuerit dabit pro herba octo sestarios de mel; et in Cervaria et in Bretes III mansos et V apendarias ad alodum et usum et consuetum, et unam de istas appendarias rediment ipsi monachi viginti solidos de Pogesos. Hoc totum quod scriptum est donavit pater noster Rodbertus de Castello, pro anima sua et parentum nostrorum, et fecerunt illum monachum et sepelierunt eum. Nos vero, sicut pater noster donavit, similiter cedimus et donanus et firmamus, ita ut ab hoc die hoc supra scriptio firma et stabilis omni tempore permaneat.

Hec carta scripta est in mense julio, feria sexta, regnante Franchorum rege Phylippo.

357. DE CARANCIAGO.

901, mai.

Locum sacrum sancte Dei æcclesiæ qui est situs super alveum Dordonis, et est fundatus in honore domini nostri Jhesu Christi seu sancte Mariæ virginis et sancti Petri principis apostolorum necnon et clavigeri, ubi sanctus Vincentius et sancta Fides tumulati consistunt. Quamobrem ego enim, in Dei nomen, Avierna femina et filius meus Bernardus et filius meus Aimo pariterque cedimus ad prephato monasterio cujus vocabulum est Conchas, ubi Arlaldus alba preesse videtur cum cuncta congregatione ibidem Deo famulantibus, cedimus res nostras que nobis per conquistum, justissime obvenit, hoc est in pago Ruthenico, in vicaria Dunense, in villa quæ vocatur Caranciago, hoc est unus mansus Favo Fonte ubi Deusdet visus est manere, cum vineis, cum pratis, cum terras cultas et incultas vel omnibus ajacenciis suis vel quantum cumque ad ipso manso aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum, excepto uno aripendo de

vinea, cedimus ad ipsos Deo servientes, pro animas nostras et pro anima Odolrico; ita ut post hanc diem neque ad nos neque ad ullus de heredibus nostris nec ulla admissa persona nec opposita ipsa donatione que ad ipsa casa Dei cedimus abstrahere vel minuare voluerit omnino non possit, et quiquid hoc facere presumpserit componat ad ipso rectore seu ad ipsos Deo servientes de ipsa casa Dei qui eo tempore preesse videtur tantum et alium tantum quantum ipse mansus superius nominatus eo tempore melioratus valere potuerit in duplum sit redditurus, et quod petit non vindicet, sed presens cessio ista inviolabilem omnique tempore optineat firmitatibus.

Facta carta cessione ista die veneris, in mense madio, anno tercio regnante Karolo rege. — S. Avierna qui carta ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Arnaldo, Ablono, Bernono Umberto, Willelmo, Rainono. — In Dei nomine Adalgerius scripsit.

358. VINEA JOANNENCA.

Av. 1031-1065.

Ego Petrus et Frotardus frater meus guirpimus et donamus sancto Salvatori et sancte Fidi de Conchis et Odolrico abbate et monachis qui sunt et que ibi erunt illum quartum de vineas Durantum Guitardum, et illo vinea Joannenca que Judeanus abet in pignora pro III solidis, et quartum de vineas de Aurnant, et quartum de clauso de Ortalos, et stadga de Solario, et quinta appendaria de Podio ubi est ortus et pratum.

359. DE GUARCAG.

Av. 1031-1065.

Ego Odolricus abba et Hictor monachus dedimus vigaria de Podio et celleraria de annona et de vino, excepto furto et bauzia, Petroni et Frotardo, vidente Bernardo preposito et Geraldo Deusdet et Aimerico decano et Ademaro monacho.

360. DE MOTEILZ.

Av. 1031-1065.

In conscribendis donationibus hic ordo servandus est, ut prius

nominetur nomen donatoris, deinde res que donantur. Quamobrem ego Rostannus dono sancto Salvatori de Conchas et sancte Fidei et abbati Odolrico et monachis illum meum mansum de Monteilz, cum censu : ad festivitatem sancti Martini sex denarios, et ad kalendas quatuor panes et duos sestarios de civada et II capones et quartum in dominio. Et est iste mansus supra scriptus in comitatu Uzechio in parrochia sancti Andree.

S. Rostanno, Bernardo, Petroni Bernardo.

361. DE BROGME.

Av. 1031-1065.

Ego Austorgius de Maurserias dono sancto Salvatori et sancte Fidis de Conchas illum mansum meum de Brogme qui appellatur Majaneg et abbati O. et monachis ibidem Deo servientibus totum et abintegrum. Et ego Deusdet frater suus similiter cedo et dono, pro remedium anime meæ et parentum meorum, ita ut ab hac die nulli meorum liceat aliquid quere.

362. DE TERONDELLOS.

XI^e siècle.

In conscribendis autem donationibus que donavit Rigualdus, pro sepultura per fratres suos per Hictore clerici et Frotardo, illo alode que est in pago Ruthenico, in vicaria Ferraries, uno manso que dicitur Terondellos, quantum ad illo manso aspicit vel aspicere videtur totum et abintegrum dono, per fratres meos per sepultura, a sancto Salvatore et a sancta Fide; et illo caput manso quæ est in villa que dicitur Majurago, quantum ad illo caput manso aspicit vel aspicere videtur totum et abintegrum illum decimum et ipsa sepultura. Et si est ullus homo aut ulla femina qui carta donatione ista contradicere voluerit, cum Datant et Abiron et cum Juda traditorem in infernum permaneat.

363. DE PINETO.

XI^e siècle.

Sacro sancta æcclesia quæ est constructa in honore XII apostolorum et beate Fidis virginis atque martiris. Dono vobis ego

Rodberta uno manso, pro anima mea, in episcopatu Arvernise, in villa que dicitur Pineto, in tali conventione quamdiu vivo XII denarios infra annum reddo, et post abitum meum carta ista firma sit, et qui contradicere voluerit post mortem meam cum Datan et Habiron in profundum infernum permaneat.

S. Robberta qui carta ista scribere rogavit et manus suas firmavit.

364. DE CORDECIAS.

xi^e siècle.

Ego Rigualdus Ermenrigus cedo vel dono illo alode meo de Cordecias, hoc est unus mansus, sancti Salvatoris et sancte Fide, ubi Rodbertus Guislandus visus est manere, cum terras cultas et incultas; in tali vero racione ut, quamdiu ego vivo, teneam ipsum alodem et omnibus annis vitæ meæ ego Rigualdus dabo unum denarium aureum, et post mortem meam iste mansus supra scriptus sancte Fide remaneat. Si autem frater meus aut filius meus de uxore ipsum alodem tenere voluerit aut nepus meus filius de fratre meo sive de sorore mea, donet sancti Salvatoris et sancte Fide sexaginta solidos de Pogesos et teneat ipsum alodem. Et si sexaginta solidos unus de isto sancte Fide pro isto manso dare voluerit, teneat sancta Fides ipsum alodem, sine ullo contradicente in omnibus sane. Et istam cartam ego Rigualdus post mortem meam laxabo a Francherio presbytero, ut reddat eam ad ipsos monachos sanctæ Fidæ; et si illam ad eos non reddiderit, fiat excomunicatus de Patrem et Filium et Spiritum Sanctum et de ipsa sancta Fide.

365.

985, février.

Locum sacrum sancte Dei æcclesiæ qui est situs in pago Rutenico super alveum Dordonis, et est fundatus in honore domini nostri Jhesu Christi pseu sanctæ Mariæ virginis et sancti Petri principis apostolorum, hubi sanctus Vincencius et sancta Fides tumulati consistunt. Ego enim, in Dei nomen, Girardus cedo vel dono illa vinea quæ comparavit de Adraldo; et habet

ipsa vinea fines : de uno latus vinea Bernardo, de alio latus vinea ad ipso Gairardo ; totum et abintegrum cedo vel dono ad ipsa casa Dei jam supradicta vel ejusdem rectores, ut post hunc diem teneatis, possideatis, faciatis quicquid facere volueritis, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa persona qui contra carta donatione ista ire aut agere vel inquietare voluerit, hoc eis non liceat facere, sed faciunt quod lex est.

Facta carta donationem istam die jovis, in mense febroario, anno XXXI regnante Lothario rege. — S. Gairardo et uxore sua Aldeburgis qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Gauzfredo, Austrino, Deusdet, Stephano, Aldeberto. — Benedictus scripsit.

366. IN PALLAIREDDO, IN GERMULIO.

XI^e siècle.

Ego enim, in Dei nomen, Austrinus dono sancta Fide et sancti Salvatoris in Pallaireddo unum mansum ubi Durantus visus est manere, alium mansum in Germulio ubi manere visa est mulier vidua cum filios suos, et illa medietate de illo alode de Ruo, et alia medietate de Bago, et illa medietate de illum alodem de Cannas, et illum mansum de Pers ubi manere visus est Salomon, et illum mansum de Najaz, et illas commandas quæ Austrinus tenet de sancti Salvatoris et de sancta Fide; jam nullus suus consanguineus non antparet eas. Aliam suam honorem laxabit Deusdet ad filium Frotardum de Conchas et Austrinum filium Austrini que illam honorem, si de illum evenerit dividant per medium; et si hoc nullus de istos de Deusdet et de Austrinum amparaverint, de totam honorem que Austrinus laxavit eis jam nullam rem non habuissent.

367. DELLA OLA.

Fin du XI^e siècle.

Breve de illo alode que dedit Guido de Culeto sancti Salvatoris et sancte Fidis et Willelmus Belzhomo, illos mansos della Ola ad

alode; et inter ambos dederunt tres solidos omnique anno et unum receptum, et in tale convenientia quæ, se unus vendere aut inpignorare voluerint ab illos seniores de Conchas, o fecissent, et de illis unus mortuus fuerit que a sancti Salvatoris et sancta Fide remansissent.

368. DE LAUNBET[1].

Av. 1031-1065.

Ego Amelius, ad exitum vite veniens, me monachum, pro peccatis meis indulgentia, a monachis sancte Fidis impetravi fieri; et dedi mansum meum Launbet totum et abintegro sancto Salvatori et sancte Fidi, abbati Odolrico et monachis in perpetuum habendum, et posthac tribus filiis meis Hugoni videlicet et Jordano et Gerberto feci eum mansum derelinquere et donare sine ullo retentu. Post non multum vero temporis, hi tres filii supradicti Amelii, Deo mentientes, datum a patre mansum et ab eisdem sibi vindicarunt; quod ego Bernardus monachus audiens, mansum injustum ablatum ab eis recuperavi, et propter hoc illis tribus solum unum prandium promisit semel donare in anno.

S. Pontii monachi, Petri monachi, Rigualdi, Geraldi presbyteri.

369. A LAS PLANAS

XI^e siècle.

Ego Pontius Bernardus, Petrus et Bertrandus et mater nostra Amalsendis donamus sancto Salvatori de Conchis et sancte Fidis unum mansum ad alodem in civitate Nemauso, in loco que dicitur a las Planas quem tenet Bertrandus, et reddet censum IIII quatuor denarios et obolum unum et quartum. Et donamus similiter vineam in terminio de villa de Consta badens allas Paradilas quam plantavit Laurentius et dabit pro illa medietatem.

370. DE CAIROLS.

Fin du XI^e siècle.

Breve memoratorio quod Odalrigo fieri jussit. In primis laxo

1. En marge on lit, écrit par une main du XII^e siècle : *Bonavs.*

sancti Salvatoris et sancta Fide illo manso meo de Cairols ubi Bernardus stat, et alio manso ubi Aigus visus fuit mare, et illo bosco de Pradel; et in ipso loco, laxo Bernardo clerico uno manso ubi Gualtorius manet; et in ipso loco, laxo Stephano huno manso ubi Rambertus manet; et illo alode meo de Cairols, cum vineis, cum pratis, cum terras cultas et incultas, excepto illo alode meo que hic super nominatus est, et illo alode meo de bosco de Alsono, cum quantum aspicit, totum et abintegrum Bernardo clerico laxo. Et illo manso meo in parrochia de Vaurilias ubi Aldefredus manet Bernardo clerico laxo, et illo manso meo de Bosco Betone totum et abintegrum Stephano laxo. Et illo alode meo de Pozolo totum et abintegrum ad ipsum Stephanum laxo. Et illo alode meo bosco de Planeza Hictore avunculo meo laxo. Et illo alode meo que laxabo Bernardo, post obitum suum, Stephano remaneat. Et illo alode meo quæ Stephano laxo, si infantem legitimum non habuerit, post obitum suum, Bernardo remaneat. Et illo alode meo quæ Bernardo et Stephano laxo, si Stephano infantem legitimum non habuerit, post obitum illorum, sancto Salvatoris et sancta Fide remaneat, excepto illo alode meo de Bosco Betono, et illo alode meo de Pozols quæ laxo, post obitum illorum, sancta Maria de Ruthenis, si Stephanus infantem legitimum non habuerit.

371. DE ROCHOLES.

1060-1108.

Ugo de Moret filius Bernardi, pro anima sua et pro animabus patris et matris sue, dedit sancto Salvatori et sancte Fidi de Conchis et abbati Stephano et senioribus ejusdem loci tam presentibus quam futuris illum mansum de Rocholes ad alodum et fevum et quantum juste vel injuste ibi visus est habere. Et iste mansus prœnominatus donat quartum et censum : ad kalendas scilicet unum receptum cum v caballariis et in crastinum gentarium et v denariis et uno pane de segel et una gallina et duos sestarios de civata, et in mense madio unum multonem cum ausso et unum agnum, et per messes alium receptum cum v caballariis sine civata, sed tantum garbas de civata dentur caballis et v de-

nariis et unum panem et quatuor gallos et per taverna quatuor sestarios de segel, et quando evenerit vesticionem de hominibus illis qui mansum tenuerint. Hoc donum fecit postea Austrinus frater ejus, in presentia domni Begonis abbatis et Ademaris sacristæ et Bonefaci monachi et vicarioli ejusdem mansi et ipsorum hominum qui eodem manso laborabant.

Et fecit scribere Austrinus censum in presentiæ eorum, videntibus Duranti et Petri et Deusdet Austorgi scriptoribus, regnante Philippo rege. — S. Austrini.

372. IN ESCOLTO.

Fin du XI^e^ siècle.

In comitates de Basado, in Escolto : duos mansos, et debet per censum duos multones et quatuor panes et quatuor sestarios de civata et quartum. In Bordelesi : mansum unum, cum quartum, et debet censum quatuor denarios, et est in Castello Vetulo; unum mansum in Bairag, et alium in Gopino. In Peiregorg : castello de Graniolo, debet per censum V solidos denarium; in Guardona I mansum; sancti Cipriani I mansum; a Colnat II mansos; in Landa I mansum. In Aginno : ecclesia de Calia; et ecclesia de Monte Aguzor[1] illa medietate; et uno manso in Forcas; et duos mansos in Esses; et una medietate de uno manso de Pestiliago cum quartum et II denarios. In Caturcino : illas tres partes de ecclesia de Lararias et duos mansos et VI denarios pro uno porco et quartum; in Fraisenedda alium mansum, et debet quartum et VI denarios; in Capo Germano unum mansum cum quarto et unum multonem; in Orced II mansos cum quartum, et unusquisque debet unum multonem et I sestarium de civada et I sestarium de segel; in Treulone unum mansum, et est in pignora; in Peirod, in unum mansum habemus censum II gallinas et duos sestarios de civada.

373. IN MAISERAS ET ATANS.

Fin du XI^e^ siècle.

Donatione que fecit Hugo de Balnes et uxor sua Angiards

1. En face de ces mots, en marge, on a écrit au XII^e^ siècle en lettres rouges : *ecclesia de Calia et de Monte Aguzar.*

sancti Salvatori et sancte Fidei de duos mansos. Unus mansus est in Maiseiras et ubi Arambertus visus est manere; et alius mansus in comitatu Amahos, in villa Atans, ubi Adalbertus visus est manere. Ambos duos istos mansos ego Hugo dono sancto Salvatoris et sancta Fide, pro tale amore ut Deus omnipotens et beatissima sancta Fides donet michi infantem legitimum de uxore mea Angiards.

374. DE VALLERIS.

Commencement du XI^e^ siècle.

Locum sacrum sancta Dei ecclesia qui est constructus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris vel sancti Petri, in loco que vocatur Conchas, ubi sancta Fides vel sanctus Vincencius quiescunt. Venit homo nomen Raimundus et uxor sua Alberada, donant ad ipso loco jam supra dicto aliquid de rebus proprietatis suæ qui eis per eruginem parentorum obvenit, et hoc est caput mansus in Valleris, in parrochia sancti Disderii, cum sua parte de prato de Fonte Regalo, ubi visus est Rodgerius manere; et post hunc diem habeatis, teneatis in comunia, in omnibus sane sine ullo contradicente. Si quis nos, inmutates voluntates nostras, aut ullus de heredibus vel propinquis nostris vel ullus homo per ullo quoque injenio qui contra carta donatione ista ulla calumpnia jenerare prœsumpserit, hoc ei non liceat facere, sed faciat sicut lex est.

Facta carta donatione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. — S. Bladino, Stephano, Giraldo, Aimo. — Saluster rogatus scripsit.

375. DE MOLLETI.

Fin du XI^e^ siècle.

Ego Berengerius Oddo de Castanerius et uxor mea Galengardis et infantes sui donant unum mansum sancte Fidei in parrochia sancti Michaelis que nominant Molleti, in comitatu Vallespir; per dimidium modium de vini donat I modium de anno de sigile et III pecias de carne et VIII panes et V eminas de civada; et istum mansum dedit ad alodum. Et si nullus abbas nec nullus monachus non dabit a nullus homo a fevum et si hoc faciet, ad propinquis suis retornabit.

376. DE MALBOSC.

Fin du xi^e^ siècle.

Ego Umbertus de Bello Castello et uxor mea Ricardis donamus sancto Salvatoris et sancte Fidei de Conchas illum mansum de Malbosc ad alode et quantum pertinet ad ipsum mansum.

377. DE MARTONAG.

1060-1107, octobre.

Ego Hugo de Sumannaz et uxor mea Adalendis et infantes mei Petrus, Willelmus, Pontius, Wido, Geraldus, dono domino Deo et sancte Fidei de Conchis unam peciam terræ, sicut terminatum habemus, totum et abintegrum, in episcopatu Uzecie, in villa Martonnag; terra vero ista vocatur Gigondaz.

Facta carta ista in mense octobris, regnante Phylippo Francorum rege. — S. Hugonis, Poncii sacerdotis, Geraldi, Willelmi. — Pontius scripsit.

378. DE MAZEIRRANGAS.

xi^e^ siècle.

Locum sacrum sancta Dei ecclesia qui est constructus super alveum Dordonis in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris, ubi sancta Fides quiescit. Laxavit Godlia unum mansum ad ipsa casa Dei, pro anima sua; et est ipsa alodus in pago Ruthenico, in vicaria Serniacense, in loco que vocatur Mazeirrangas; quantum ibi visa fuerit habere, totum et abintegrum donat domino Deo et sancta Fide, et post hunc diem sit ad ipsum monasterium quæ vocitatur Conchas, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis Guirardus et filius ejus Petrus et Rigualdus, inmutatas voluntates suas, aut ullus de heredibus eorum qui contra carta donatione ista ulla calumnia jenerare presumpserit, hoc eis non liceat facere.

379.

xi^e^ siècle.

Donatione Arnaldi clerici super ...cia de vinea quæ donavit sancti Salvatoris et sanctæ Fidei.

380. [IN ALBENATIO.]

XI^e siècle.

Donatione Frodberti de vinea que est in Albenatio que donavit sancti Salvatoris et sancte Fidei.

381. [IN ROVORED.]

XI^e siècle.

Donatione Disderio de Rovored de vinea quæ est in Rovored que donavit sancto Salvatoris et sanctæ Fidei.

382. ALLAS LANDAS.

Fin du XI^e siècle.

Ego Willelmus de sancti Mercurii dedi unum mansum sancti Salvatoris et sancte Fidis que nominatur a las Landas; et est in parrochia sancti Mercurii.

383. DE LEMPDE.

Fin du XI^e siècle.

Ego Poncius de Riberia dono illum meum alodum quem habeo in villa que vocatur Lempde, in vicaria sancti Privati, que vocatur Campoclauso, hoc est tres fossariatas de vinea. Fines concludit in se : ex una parte Willelmi, ex alia parte Petri Geraldi.

384. DE BROGME.

997-1030, octobre.

Locum sacrum sancte Dei æcclesiæ qui est consecratus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris Conchas monasterii, ubi sancta Fides tumulata consistit. Ego enim, in Dei nomen, Agnes dono illo meo manso de Brogme ubi Stephanus visus est manere; quantum ad ipsum mansum aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum dono sancti Salvatoris et sancta Fide, pro anima mea et anima viro meo Girberto; et si ullus homo est qui tollere voluerit de comunia, veniat unus de filiis meis et donet una candela de duodecim denarios sancti Salvatoris et sancta Fide et teneat ipsum mansum; et fiat ipsa donatio in omnibus sane.

Facta carta donatione ista in mense octuber, regnante Robberto rege. — S. Agne qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Bernardo de Jove, Willelmo, Girardo.

385. DE OLLAZ.

997-1031, juillet.

Locum sacrum sancta Dei ecclesia qui est constructus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris Conchas monasterii, ubi sancta Fides vel sanctus Vincencius tumulati consistunt. Venit predictus vir nomine Oddo et uxor sua nomine Adalsaz, donat aliquis de rebus proprietatis suæ ad locum destinatum qui nobis per conquistum obvenit, hoc est unus mansus in Ollaz ubi Gauzfredus visus est manere, cum pratis, cum bosco, cum exitum, cum campis, pascuis, cum quantum ad ipsum mansum aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum dono ad ipsa casa Dei jam supradicta ; ut post hunc diem quicquid voluerit eum donare vel abstraere de hunc locum non liceat ei facere, set si quis donaverit eum, veniat unus de infantibus meis et donet una candela de sex denarios et donet eam sancti Salvatoris. Si quis nos, inmutatas voluntates nostras, aut ullus de heredibus vel propinquis nostris aut ulla amissa persona qui contra carta donatione ista ulla calumpnia generare voluerit, hoc eis non liceat facere, sed faciat sicut lex est.

Facta carta donatione ista sub die lunis, in mense julio, regnante domino nostro Jhesu Christo et Rodberto rege. — S. Oddono et uxore sua Adalsaz qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Folcono, Matfredo, Giraldo, Rainaldo, Ingelberto. — Salustrius scripsit.

386. DE TREULONE.

Fin du XI^e^ siècle.

De obedientia que fuit Deusdet in comitatu Arvernico : in Treulone I mansum quæ Petrus tenet, cum quartum et censum; et ad Cambonem tres sestariadas de terra. In Caturcino, in Orced II mansos que Jhoannes et Stephanus Faber tenet, cum

quartum et censum per duos multones XII denarios, per II porcos similiter, et ad kalendas III denarios, et de civada II sestarios, et gallinas II; et in Goellas quartam partem de una appenda; et in Campo Germano I mansum; et in Lausclada I mansum; et alla Frasenedda I mansum que Gauzfredus tenet cum quartum et censum VI denarios; et ecclesia dell Ararias cum duos mansos et una vinea. In Petragorice, a la Landa I mansum; a Sancti Cipriani una peciola de terra, et donat IIII gallos et quartum; a Brefanio I mansum; a Collad II mansos; et castellum de Graniol; et alium de Esticiago, et duas partes de uno manso quæ Andreas tenet, cum quartum et censum XII denarios; et in Vedelmes, a Genzago I manso; et in Buirago I manso; et in monte Aliado unam peciolam de terra; a Cortez tres denariadas de vinea per medietate que Grimaldus tenet. In comitatum de Basades, ecclesia de Escolt, cum duos mansos, cum quartum et censum, II multones et octo panes et octo conchas de civada. Et in comitatu de Bordeles, I manso a Castello Vetulo. Et in comitates Agennes, contra Eises II mansos; et medietate de ecclesia in Monte Aguzor et I manso; et ecclesia de Callia, et II mansos et unum tenet Stephanus, illum quem tenet Calsani; et octo denariadas de vinea in Dominico; et de una vinea de Corbiago, de censum II denarios et una apendaria a Tresferas. — Hoc sunt XX et II mansos et duo castelli et IIII ecclesias.

387. DELLA GUIRANDA.

996-1030, décembre.

Locum sacrum sancta Dei æcclesia que est consecratus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris et sancte Fide, Conchas monasterii. Ego enim, in Dei nomen, Gauzfredus cedo vel dono sancti Salvatoris et sancte Fide illo alode meo illo caput manso de illa Guiranda, cum bosco, cum terras cultas et incultas. Et in alio loco, in illos Caironos, dono similiter sancti Salvatoris et sancte Fide illo alode meo, hoc sunt vineas, quantum ego in ipso loco visus sum habere vel possidere, et habet ipse alodus in se fines : de duo latus terra Frotardo et sancti Amancii, et de tercio latus vinea Guitardo, et de quarto latus

terminum; quantum infra ista fines concluditur totum et abintegrum sancti Salvatoris et sancta Fide ego Gauzfredus dono et relinquo ad alodo, pro anima mea et patris mei et matris et fratrum meorum et sororum. Et si ullus homo istum alodem supra scriptum de comunia tollere voluerit, veniant consobrini mei Ebalus et Willelmus, et ponant super altare sancti Salvatoris ad Conchas quinque denarios et teneant ipsum alodem.

Facta carta donatione ista in mense decembrio, feria VI, regnante Rodberto rege. — S. Gauzfredo qui carta donatione ista scribere vel affirmare rogavit. S. Ebali, Willelmi, Gilaberti, alii Gilaberti, Rainoni. — Oddo monachus scripsit.

388. ILLA GARRIGA.

Vers 1012, avril.

Domino magnifico Airado abbate emptore. Ego enim Agena femina, juxta textum venditionis constat me vos vendidisse, quod ita et vendidi, hoc est alodus meus in illa Garriga unum aripendum de vinea; et habet fines : de uno latus strata puplica, et de totas alias partes terra sancti Salvatoris et sanctæ Fidæ. Quantum inter istas fines aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum vendo sancti Salvatoris et sanctæ Fide et domni Airadi abbate cum cuncta congregacione sancti Salvatoris et sancta Fide, et per hanc carta manibus vobis trado; unde accepi de vos precium, sicut inter me et vos bene complacuit, hoc sunt solidi XII de Lemovicanos, et de ipso precio retro me nichil remansit indebitum; ita ut ab hac die habeatis, teneatis, possideatis et quicquid facere volueritis licentiam habeatis ad faciendum. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa persona ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed insuper conponat tantum et alium tantum quantum ipse alodus valere potuerit in duplum sit redditurus, et quod petit non vindicet, sed presens carta vendicio ista firma et stabilis permaneat cum stibulatione subnixa.

Facta carta vendicio ista sub die marci in mense aprilio, regnante Rodberto rege. — S. Agena qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Rainaldo, Deusdet sacerdote, Wuillelmo Hugono.

389.

1065, novembre.

In Dei nomine. Ego Bernardus Willelmus donator sum ad domum sancte Fidei cenobii, cujus corpus est in ipso monasterio in Concas. Per hanc mee donationis scripturam dono ibi modiatam unam vinearum cum ipsam terram, et in alio loco pecias duas de vineis cum terris, ibi sunt edificantis meum proprium, advenit michi per comparacionem sive per qualicunque voces. Est denique predicta omnia in Minorisæ comitatu, in campo Bagies, in loco vocitato ad ipso Collo de Excollatis. Sunt namque affrotaciones de jam dictis vineis cum terris : a parte vero oriente in vineis cum terris sancti Benedicti cenobii, a meridie in vineis cannonice sanctæ Mariæ civis Minorise, ab occiduo atque a circio in vineis de Reimundus Suniarii sacerdoti sive in vineis de me donatore vel in ipso Collo de Excollatis. Quantum iste affrontaciones circumeunt vel ambiunt, sic dono ibi ad domum sanctæ Fidei prefate super nominatas vineas cum terras ab omni integritate, cum ingressibus et exitibus earum, propter Deum et remedium anime meæ, ad suum proprium alodum. Et est manifestum quod, si ego donator aut alia qualibet persona hominis tam majoris ordine quam minoris vel utrisque feminio sexu istam cartam donationem inquietare voluerit, ad nihilum deveniat ejus presumpcio, sed componat ibi ad prescripte sancti Fidei induplum cum omnes ejus immeliorationes, et deincebs istam cartam donationem firma et inconvulsa persistat nunc et in evum.

Facta est donatio hec pridie nonarum novembris, anno VI Franchorum regis Philippi. — S. Bermundus Willelmi ego qui hanc donationem fecit scribere et manu mea proprie libenter firmavit firmarique eam rogo. S. Mironus Alarici, Bernardus Berengarii. — Miro levita scripsit.

390. DE LICIONICAS.

Vers 1012, décembre.

Domino magnifico Airado abbate emptore cum cuncta congregatione sancti Salvatoris et sanctæ Fide. Ego enim, in Dei

nomen, Bernardus venditor, juxta textum vendicionis constat me vobis vendidisse, quod ita et vendidi, tradidisse, quod ita et tradidi, hoc est alodus meus que est in pago Ruthenico, in vicaria Serniacense, in loco quæ vocatur Licionicas; et habet ipse alodus in se fines : de uno latus terra Bladino, et de alio latus terra sancta Fide, et de tercio latus et de quarto latus terra ad ipsa sancta Fide. Quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum vobis vendo, et accepi de vos precium, sicut inter me et vos bene complacuit, hoc sunt solidi quindecim de Lemoticanos, et de ipso precio retro vos nichil remansit indebitum; et post hunc diem teneatis, possideatis istum alodem suprascriptum et quicquid facere volueritis faciatis de eo in omnibus sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa persona qui contra hanc carta vendicione ista ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta vendicione ista in mense decimbri, feria VI, regnante Rodberto rege. — S. Bernardo qui carta venditione ista scribere rogavit vel firmare. S. Bladino, Bernardo, alio Bernardo, Deusdet. — Oddo scripsit.

✓391. DE ROCOLAS.

918, juillet.

Locum sacrum sanctæ Dei æcclesiæ qui est situs in pago Ruthenico, super alveum Dordonis, et est fundatus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancte Mariæ necnon et sancti Petri clavigeri, ubi sanctus Vincencius et sancta Fides tumulati consistunt, cujus vocabulum est Conchas, ubi Rodulfus abba preesse videtur cum cuncta congregatione ibidem Deo famulantes. Quamobrem ego enim, in Dei nomen, Bernardus cedo vel dono ad ipsa jamdicta casa Dei vel ad ipso rectore seu ad ipsos Deo servientes cessumque in perpetuum esse volo, hoc est in pago Arvernico in aro que vocatur Rocolas, hoc est vinea mea quæ dicitur Darna qui michi justissime per conquistum obvenit. Et habet ipsa vinea fines vel confrontaciones : de superiore fronte strata puplica, de uno latus vinea Santini et Eliani et Matfredi,

de alio latus vinea Bernardo, de subteriore terra sancti Salvatoris. Quantum infra istas fines concludit, totum et abintegrum cedo ad ipsa jamdicta casa Dei, pro anime mee remedium vel pro anime jenitoris mei Gariberti, ut Deus omnipotens veniam nobis ad judicium concedere dignetur. Eodem vero racione cedo cessione ista ut quandiu ego vivo, usum et fructum michi reservo, et post obitum meum ad ipsa casa Dei remaneat, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus heres meus vel propinquus qui contra hanc carta cessione ista ire aut ulla calumpnia generare prœsumpserit, nullatenus vindicet, sed insuper conponat partibus sancti Salvatoris tantum et alium tantum quantum ipsa vinea eo temporæ meliorata valere potuerit in duplum sit redditurus, et quod petit non vindicet, sed presens cessio ista inviolabilem obtineat firmitatem.

Facta carta cessione ista die lunis, in mense julio, anno xx regnante Karlo rege. — S. Bernardo qui cessione ista fieri vel adfirmare rogavit. S. Siguino, Leutardo, Eliane, Arluino, Udalrigo Austrino, Aimerigo. — Adraldus scripsit[1].

392. DE VILARO.

1065-1087.

Ego Otto Matfredus et uxor mea et filii mei damus et confirmamus sancto Salvatori et sanctæ Fidi de Conchis et abbati Stephano et monachis qui nunc sunt et futuri sunt mansum de Vilaro totum et abintegro, sicut pater meus dedit illum sancto Sepulcro. Et idcirco ut totus esse in dominio, pro partibus quas ibi habebant Durantus Raimundus et Bernardus frater ejus et Amelius Mancipium et uxor sua et Amelius filius ejus, dedit illis mansum de Batsac.

S. Attone Matfredi et uxore sua et filiis suis. S. Geraldo Ameli. Facta donatione ista in presentia Petri monachi et Bernardi monachi et Petri Begoni, et Rigualdi Hermengaudi.

1. A la suite, se trouve le commencement d'une charte intitulée *de Mauronto*. Après la première ligne : « *locum sacrum sancta Dei ecclesiæ qui est situs in pago Ruthenico in...* » le copiste s'est arrêté. Dans la place blanche, on a plus tard inséré une pièce qui est reproduite plus bas.

393. [INTER AQUAM CARPDILLAM ET RIVUM THESCON.]

Fin du XI^e^ siècle.

Ego Guisla et filii mei Raimundus et Willelmus damus sancto Salvatori et sancte Fide de Conchis, abbati et monachis mansum et totum honorem qui est inter aquam Carpdillam et rivum Thescon, et si extra istas fines habet aliquid de hoc manso, damus similiter totum et abintegrum, alodem et fevum et vicariam et vesticionem in dominico. Hoc totum datum habemus pro redeptione animarum nostrarum et cunctis consanguinis nostris; et insuper accepimus x solidos de Pontio monacho et Bernardo monacho.

Durantus Raimundus et uxor sua dederunt plevum istius honoris sancto Salvatori et sancti Fidi; et inde acceperunt septem solidis de supradictis monachis.

394. DE MOLENDINO PISCINO.

Vers 1019.

Ego enim, in Dei nomen, Hicterius filius Stephani et Cristine vendo sancto Salvatoris et sancte Fidis vicaria de villa que dicitur Molendino Piscino; et aprehendo precium solidos centum sexaginta de abbate Adalgerio; et si ego Hicterius in villa Molendino Pizino ullum malum usum mittebam aut ullam malam tultam faciebam aut ego aut ullus homo per me, excepto recepto aut decem solidos per receptum et opera ad castellum de Aurosa, dono in pignora sancto Salvatori et sancte Fidi illum meum decimum de villa de Olliado, in talia ratione ut, si ego infra quadraginta dies, postquam abbas me commonuerit per se aut per suum missum, emendatum non habuero ad ipsos clamatores sine forcia, teneat ipse abbas et monachi sancte Fidis suprascriptum decimum, tamdiu usque ego emendatum habeam aut ipsi monachi de ipsum decimum benevalentem emendam aprehensam habeant; et ego ipse Hicterius, post mortem meam aut si me monachum misero, dono sancto Salvatori, et sancte Fidi, pro anima mea, ipsum meum supra scriptum

decimum de Olliado; et accipio ab ipso abbate Adalgerio centum solidos de Pogesos. Et post mortem meam, si ullus homo est aut femina qui ipsam vigariam de Molendino Pizino ad monachos forciet aut tollat, dono in pignora sancto Salvatori et sancte Fidei illos x et VIII solidos de Olliado qui sunt per carrigium de vino, in tali convenientia ut ipsos denarios per carrigium ipsi monachi tamdiu teneant usque ipsam vicariam quietam et stabilem habeant.

S. Hicterii qui carta ista scribere rogavit. S. Stephani, Rodberti, Johanni, Petroni, Rodberti Stephani. — Rodbertus scripsit.

395. DE CASALIS.

1004, 26 septembre.

Dum in presenti vita et adhuc in isto sæculo sumus, cogitare debemus unusquisque de eterna retributione ut, quando ad diem judicii venerimus, audire possimus, sicut Dominus in evangelio dicit : « Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. » Igitur ego Rostagnus dono de hereditate mea, qui michi ex projenie parentorum meorum legibus obvenit, ad cenobio sancta Fide in Conchas, et est autem ipsa res in comitatu Aptense subtus castro quæ vocant Auribello, in villa que nominant Casalis, hoc est mansum unum hubi habitat Gausaldus. Ipsum mansum, cum vineis et campis et pratis et ortis et exigis et cum omnibus apenniciis ejus, dono ad ipsum cenobium supra scriptum vel ad dominum abbatem nomine... vel ad ipsum priorem nomine... vel ad ipsos monachos qui ibidem Deo servituri sint aut successores eorum, pro remedium et liberacionem de genitori meo nomine Bermundo et de genetrice mea nomen Folcrada que fuerunt condam, ut Deus omnipotens per intercessionem sanctorum ipsorum et orationes monachorum absolvere dignetur peccata eorum. Sane si quis nos vel heredes nostri aut ullus homo vel subrogata persona qui contra carta ista elemosinaria ire aut agere vel contrariare voluerit, maledictionem habeant, sicut Datan et Abiron qui terra vivos obsorbuit, et fiant anatematizati et in infernum inferiori

projecti, et post hoc carta elemosinaria ista firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta carta elemosinaria ista VI kalendas septembris, anno XII regnante Rodulfo rege Alamandorum sive Provincie. — S. Rostagnus, qui carta elemosinaria ista scribere fecit et testes firmare rogavit, manu sua firmat. Rostagnus firmat. Adalaicis firmat. Rodulfus firmat. — Warnerius presbiter scripsit et firmat.

396. DE LAURANGU.

1065-1087, février.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Rodbertus filius Rodberti Isalgari et Stephanie dono sancto Salvatori de Conchis et sancte Fidi virginis et martiris fevum et vindemiam mei mansi de Bacallaria qui est in villa Deuslet, et quartam partem decimi de villa quæ dicitur Jarri, et totum meum drictum quem habeo in villa de Laurangues, et meum pratum de Cros, et unum mansum de Freig Bez, et VI appendarias in villa de Bacza, et totum meum drictum quem habeo in villa de Ribetas; totum quantum habeo et aliqua persona de me tenet dono sancto Salvatori et sancte Fidi et abbati Stephano et monachis sanctæ Fidis presentibus et futuris, pro remedio animarum patris et matris meæ; et facio me monachum in predicto loco. Si vero huic donationi aliqua persona in aliqua re contraria extitit, non habeat potestatem, victus hac auctoritate karte et firmatoribus his idoneis subtus scriptis.

S. Eustorgii, Bernardi de Avalogiolo, Rotberti de Castello, Giraldi Guinaberti, Ademari Franconis. — Scripta est hoc donatio in mense febroario, rege regnante Phylippo. — Poncius monachus scripsit.

397. DE BRAISIA.

Av. 996-1004, mars.

Domino magnifico Girberto abbate emptore. Ego enim, in Dei nomen, Hugo venditor, juxta textum venditionis constat me tibi vendidisse, quod ita et vendidi, hoc sunt vineas in uno loco

denariadas XIII quæ Girberga facit, et in alio loco denariatas VI que ipsa Girberga facit, et in ipso loco denariadas V que Girbertus facit, et in alio loco una pecia de terra. Et est ipse locus in pago Ruthenico, in vicaria Arisdense, in villa que dicitur Braisia; hoc est alodus meus qui mihi per eruginem parentorum obvenit; et habet ipse alodus in se fines de totas partes terra Hugone ad ipso venditore et a Guidone fratre suo. Quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum vendo sancti Salvatoris et sanctæ Fide et a domno Girberto abbate; et accepi de vos precium, sicut inter me et vos bene complacuit, hoc sunt solidi C et X de Lemovicanos, et de ipso precio retro vos nichil remansit indebitum; et post hunc diem habeatis, teneatis, possideatis, quicquid facere volueritis faciatis in omnibus sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa persona qui contra carta vendicione ista ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat sicut lex est.

Facta carta vendicione ista in mense marcio, sub die sabbato, regnante Rodberto rege. — S. Hugone qui carta vendicione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Guidone, alio Guidone, Geraldo, Hugone Hictore. — Oddo rogitus scripsit.

398. DE GOPINO.

996-1030, 1er novembre.

Locum sacrum sancte Dei æcclesiæ que est consecratus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris, Conchas monasterii, ubi sancta Fides tumulata consistit. Ego igitur, in Dei nomine, Maria et filius meus Raimundus cedimus et donamus sancti Salvatoris et sancte Fide illo alode nostro quæ nobis per eruginem parentorum obvenit, hoc est unus mansus ubi Stephanus visus est manere, totum et abintegrum, cum vineas, cum terras cultas et incultas; et habet ipse alodus in se fines de totas partes terra ad ipsos donatores; quantum infra istas fines concluditur, totum donamus sancto Salvatoris et sancta Fide; et est ipse mansus in villa que vocatur Gopino, in vicaria Centoranga. In tale racione donamus sancti Salvatoris et sancta Fide

isto alode ut nullus homo de comunia tollat; et si tollere voluerit aut abba aut ullus homo, hoc ei non liceat facere; et si fecerit, habeat partem cum Dathan et Habiron et cum Juda traditore in sæcula sæculorum.

Facta carta donatione ista kalendas novembris, feria v, regnante Rodberto rege. — S. Marie et filio suo Reimundo qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Frotardo, Willelmo, Guarsia, Auriolo, Arsimansio, Raimundo, Alamando, Aichel, Willelmo.

399. DELZ ENFRUNOS.

1060-1065, mai.

In conscribendis donationibus hic ordo servandus est ut prius nominetur nomen donatoris, deinde res que donantur. Idcirco ego Frotardus de Cornutio, ob redemptionem anime mee et parentorum meorum et propter vite eterne premium percipiendum, dono sancto Salvatori de Conchas et sanctæ Fidei et abbati Odolrico et monachis ibidem Deo servientibus illum meum alodum de illa villa delz Enfrunos, et illam apendariam de illas Menuddas et aliam appendariam de Mal Pajol, et aliam apendariam de Negra Boiseira, et aliam apendariam in ipsa villa delz Enfrunos, et istas apendarias in dominio. Et donat ista villa octo porcos, unumquemque de duodecim denarios Raimundencos, et quinque solidos et octo denarios de ipsa moneta et quatuor modios de civada, et donat unum receptum cum quindecim caballarios, et donat similiter novem gallinas et unam spatulam, et donat de unamquamque cabanam duos fromaticos. Et dono similiter illas mansiones de æcclesia de Boxia, et curtes quas Ugbertus tenet. Et est iste supra scriptus alodus in comitatu Ruthenico, in parrochia sancti Martini de Canals. Totum istum supra scriptum alodum dono ego Frotardus ad prædictum locum et monachis, in tali convenientia ut, si ullus abbas aut monachus de illo monasterio de comunia tollere voluerit, veniat unus de plus propinquis parentibus meis et faciat tenere monachus in dominio.

S. Frotardi, Bernardi Deusdet, Frotardi Bernardi, Ugberti, Deusdet, Raimundi de Monte Paone, Emmenoni de Cabreira, Willelmi filius ejus.

Facta carta ista in mense maio, feria VII, regnante Pylippo rege Frachorum. — Bego scripsit.

400. DE BRUGARIA.

XI^e siècle.

Locum sacrum sancte Dei ecclesiæ qui est consecratus in honore domini nostri Jhesu Christi, ubi sancta Fides et sanctus Vincentius tumulati consistunt. Ego enim, in Dei nomen, Ingelgardis dono sancto Salvatoris de Conchas et sancta Fide illo meo manso de illa Brugaria quæ est juxta Longa Lassa, in vicaria Rodtiniacense, ubi Aicfredus visus fuit manere. Et habet mansus censum talem : quatuor denarios ad messiones et receptum et quatuor denarios pro karrigio, et per oblias ad kalendas III et duos sestarios de civada et gallinas et I agnum et quartum. Et in tale racione ego dono, si abbates illius loci aut ullus homo de comunia tulerint, veniat Riosendis filia Ingelgardis aut infantes sui et donent XII denarios super altare sancti Salvatoris et teneant ipsum mansum. Ista omnia superius nominata dono sancto Salvatoris et sancta Fide et ad monacos ejusdem loci, pro anima mea totum et abintegrum et pro patre meo et matre mea, sine ullo contradicente.

S. Ingelgarda qui ista laxa fecit. S. Aldoino, Aiquilmo. — Guilaberto presbytero auctore.

401. DE FABREGAS.

1032-1060, mars.

In conscribendis donationibus hic ordo servandus est, ut prius nominetur nomen donatoris, deinde cui donatur, postmodum res quæ donantur. Ob hoc igitur, in Dei nomen, ego Umbertus dono sancto Salvatori et sanctæ Fidi de Conchis illum mansum de Fabregas ubi Bernardus visus est manere, totum et abintegrum, sicut ego illic habere video; et habet censum ad kalendas duos solidos de curtos et duas gallinas et duos sestarios de civada, et in madio unum multonem ; et in augusto duos solidos de curtos et unum porcum. Et in ipso loco,

dono alium mansum qui vocatur Abbadia ubi Andreas visus est manere; et habet simile censum; ad kalendas duos solidos et duas gallinas et duos sestarios de civada, et in augusto duos solidos, porcum vero et multonem qui supra scripti sunt ambo debent equaliter dare. Hoc totum quod supra scriptum est dono sancto Salvatori et sanctæ Fidi de Conchis cum ipsa vestizone, pro anima mea et pro anima patris mei Frotardi et matris meæ Adalgis et pro animabus parentum meorum, in tali convenientia ut, quamdiu ego Umbertus vixero, ipse teneam, et post mortem meam, monachi ipsum alodem stabilem habeant in comunia, et sepeliant me et filios meos Odolricum et Jeraldum; et si homines nostri nos ad ipsum jamdictum monasterium non apportaverint, non erit monachis culpa, teneant similiter ipsum alodem in comunia, in tali convenientia ut, si homo de comunia monachorum Conchas tulerit, veniant plus propinqui mei parente, et faciant illis tenere in comunia, et si non potuerint sibi retineant.

Facta carta donatione ista in mense martio, feria tercia, regnante domino nostro Jhesu Christo sub cujus potestate regnum Franchorum rex Ehenricus gubernat. — S. Umberti qui cartam istam scribere vel adfirmare rogavit. S. Odolrici et Geraldi filiorum ejus, Geraldi, Bernardi, Frotardi, Begoni. — Bertrandus monachus scripsit[1].

402.

Av. 996-1004, mai.

Domino magnifico Girberto abbate emptore. Ego enim, in Dei nomine, Grimardus presbyter et Deusdet frater meus venditores, juxta textum vendicionis constat nos vendidissemus, quod ita et vendimus, tradidissemus, quod ita et tradimus, hoc est unus pratus noster cum vernaria, quæ nobis per origine parentorum obvenit; et habet ipse pratus vel ipsa vernaria fines in se de uno latus gutta decurrente, et de alio latus terra Grimaldo. Quantum ad ipso prato vel ad ipsa vernia aspicit vel aspicere

1. Après le n° 401 est annoncée sous le titre : « *de Uchello* » une charte qui n'a pas été copiée. On a mis plus tard, au XII^e^ siècle, à la place préparée pour elle une pièce concernant « *Marcilag*, » qu'on trouvera plus bas.

videtur totum et abintegrum vendimus sancto Salvatori et sancte Fidæ et domni Girberti abbati cum cuncta congregatione sancti Salvatoris et sancta Fide, ut per hanc cartam manibus vobis tradimus; unde accepimus de vos precium, sicut inter nos et vos bene complacuit, hoc est una sella nova de Lemovicas, et de ipso precio retro nos nichil remansit indebito; ita ut ab hac die habeatis, teneatis, possideatis et quicquid facere volueritis licentiam habeatis ad faciendum in omnibus sane. Si quis nos, inmutatas voluntates nostras, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa persona ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta vendicione ista sub die sabbato, in mense madio, regnante Rodberto rege. — S. Grimaldo et Deusdet qui carta vendicione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Austrino, Abono, Aganone, Aimone, Deusdet. — Salustrius rogatus scripsit.

403. DELLA GARRIGA.

996-1030, décembre.

Locum sacrum sancte Dei ecclesie que est constructus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris, ubi sancta Fides tumulata consistit. Quamobrem ego, in Dei nomen Bernardus cedo vel dono sancti Salvatoris et sancta Fide illo alode meo de illa Garriga, cum vineas et illo manso in ipso loco ubi Dominicus visus est manere. Et habet in se fines : de uno latus rivo decurrente, de alio latus terra Raingardis, de tercio latus terra Austrino, de quarto latus terra Bernardo ad ipso donatore. Quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum dono ego Bernardus sancti Salvatoris et sancta Fide post mortem meam, totum et abintegrum istum alodem supra scriptum dono sancto Salvatoris et sancta Fide, pro anima mea et pro anima de patre meo et de matre mea et de uxore mea et de filios meos et de filias meas. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis qui contra hanc carta donatione ista ulla calumpnia generare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta donatione ista, in mense decembris, feria quinta, regnante Rodberto rege. — S. Bernardo qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Frotardo, Austrino, Frotardo, Austrino, alio Austrino. — Oddo rogatus scripsit.

404. DE GRAISAGO.

1065-1087.

Ego Hector presbyter dono domino Deo et sancto Salvatori et sancte Fidi de Concis et abbati Stephano et monachis qui ibi sunt et futuri sunt illum meum mansum de Graisago quem Bernardus Arnaldus tenet totum et abintegrum. Et dat censum sex denarios ad messiones, et sex ad kalendas, et 1 agnum in madio, et quartum in dominio, et receptum cum tribus ominibus ad messiones, et ad kalendas similiter et vestizonem. Et dono similiter illum boscum della Fagia, et pratum, et unam apendariam in Sorb, et duas vineas in eodem loco que donant quartum et duos denarios et duas denariatas de pane. Hoc totum supra scriptum dono sanctæ Fidi pro anima mea et pro anima fratris mei Umberti. Quod si aliquis ex parentibus meis hanc donationem voluerit infringere ex supradictis rebus a Conchensi monasterio abstulerit, hoc ei non liceat facere, sed sit exheredatus et alienatus ex omni honore meo.

S. Hectoris presbyteri.

405. DE BAGO.

959, mars.

In Dei nomine. Placuit atque convenit inter virum venerabile domno Stephano episcopo et Begono seu Huggono abbate vel cuncta congregatione monachorum ejus Conchas monasterio ut ad alios homines his nominibus Gauzfredo et Gariberga et Ingelberto, ut eis aliquis pro prestariam concedere debemus, quod ita et fecimus, hoc est plantata quod ipsi homines plantaverunt vel edificaverunt vel quod in antea plantare vel edificare potuerint in loco que vocatur Bago et de ipsa plantata eis amplius nichil requirimus diebus vite illorum nisi quartum et decimum fideliter

persolvant. Et si ipse abba aut ullus rector æcclesiæ se de hanc prestariam abstraere voluerit, hoc eis non liceat facere, sed faciat sicut lex est.

Facta prestaria ista die marcio, in die[1] marcio, anno quinto quod Lotarius rex cepit regnare. — Stephanus episcopus et Bego et Hugo abba hanc prestariam recognoverunt. S. Bertrando decano, Grimardo, Giraldo, Gimundo, Abono, Tetberto, Benedicto puero. — Rodbertus scripsit.

406. DE MALA CALMO.

937-954, janvier.

Locum sacrum sancta Dei æcclesia qui est constructus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris seu genitricis ejus et sancti Petri clavigeri, ubi sanctus Vincentius et sancta Fides conditi sunt, super alveum Dordonis, in loco quem vocatur Conchas. Ego enim, in Dei nomen, Bego et Austorgius cedimus vel donamus illo manso et illo caput manso de Mala Calmo, pro anima Lautardo et sancti Salvatoris et sancta Fide; quantum nos ibi visi sumus habere vel possidere, totum et abintegrum cedimus vel donamus sancti Salvatoris et sancta Fide, pro anima de patre nostro Lautardo, ut post hunc diem habeatis in comunia. Et si ullus homo tollere voluerit de comunia, veniat Bego et frater suus, donet XII denarios sancti Salvatoris et sancta Fide et recipiant ipso alode in omnibus sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa persona qui contra carta donatione ista ulla calumpnia jenerare presumpserit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta donatione ista sub die marci, in menso januario, regnante Lodovico rege. — S. Begono qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Begono, Austorgio, Rodberto, Frotardo.

407. DE ILLO BAGO.

987-993.

In conscribendis donationibus hic ordo servandus est ut prius

1. *Die* probablement pour *mense*.

nominetur nomen donatoris, deinde cui donatur, postmodum cui donantur. Ab hoc igitur ego enim, in Dei nomen, Gonbertus cedo vel dono sancti Salvatoris de Conchas aliquis de alode meo quæ conquistavit de Rigualdo; et est ipse alodus in pago Ruthenico, in vicaria de Nova Vila, in loco que dicitur illo Bago. Quantum ibi habeo, cum mansiones, cum vineas, cum terras, cum trolio, quantum de Rodberto de Balbo conquistavit, totum dono ad illa ecclesia sancti Salvatoris de Conchas, pro anima mea et pro penitencia mea, in ea racione, dum ego vivo, usum et fructum michi reservo, et post obitum meum ad ipsa ecclesia sancti Salvatoris remaneat in stipendia monachorum, sine ullo contradicente sane. Si quis ego, inmutata more vel voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis vel qualiscumque homo qui hoc infringere voluerit, hoc ei non liceat, sed quod lex est coactus exolvat ex vestra peticio non habeat effectum, sed presens carta vendicio ista firma et stabilis permaneat omni tempore.

Facta carta auctoritate ista sub die feria II, anno Deo regnante et rege sperante. — S. Gonberto qui hoc scribere vel adfirmare rogavit. — Geraldus scripsit.

408. DE LICIONICAS.

Vers 1012, décembre.

Domino magnifico Airado abbate emptore cum cuncta congregatione sancti Salvatoris et sancta Fidei. Ego enim, in Dei nomen, Bladinus venditor, juxta textum vendicionis constat me vobis vendidisse, quod ita et vendidi, tradidisse quod ita et tradidi, hoc est alodus meus que michi per conquistum justissimum obvenit, hoc est unus mansus, cum vineas, cum boscos, cum terras cultas et incultas, ubi Bernardus visus est manere; et est ipse alodus in pago Ruthenico, in vicaria Serniacense, in loco quæ dicitur Licionicas; et habet ipse alodus in se fines et confrontationes de totas partes terra sancti Salvatoris et sancte Fidei. Quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum sancti Salvatoris et sanctæ Fidei vendo et dono, et post hunc diem vos monachi habeatis, teneatis, possideatis et quicquid facere volue-

ritis faciatis in omnibus sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis qui contra hanc cartam vendicione vel donatione ista...

... in mense decimbri, feria VII, sub Rodberto rege regnante. — S. Bladino qui carta vendicione vel donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Bernardo, alio Bernardo, Deusdet, alio Bernardo, alio Deusdet. — Donadeus scripsit.

409. DE ANCLES.

899, septembre.

Locum sacrum sancta Dei æcclesiæ qui est constructus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris seu genitricis ejus et sancti Petri clavigeri, hubi sanctus Vincentius et sancta Fides gloriosissime conditi sunt, super alveum Dordonis, in loco qui vocatur Conchas. Venerunt elemosinarii Hugoni, Arnaldi, Bladinus, Remigius, Abbo, et donaverunt unum mansum sancti Salvatoris et sancta Fidæ, pro anima Hugono; et est ipse mansus in pago Rutenico, in vicaria Dunense, in villa quæ dicitur Ancles. Quantum ad ipso manso aspicit vel aspicere videtur, totum et abintegrum dono sancti Salvatoris vel sancta Fide, in tali vero racione quæ monachi teneant ipsum mansum. Sane si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa persona qui contra donatione ista ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc eis non liceat facere, sed faciunt quod lex est.

Facta carta donatione ista sub die marcis, in mense septembrio, anno I regnante Karole rege. — S. Arnoldo et Bladino et Regio et Abbono qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Hictori, Guilaberti, Adalgeri, Hugoni, alii Hugoni. — Benedictus scripsit.

410. DE PECELIAGO.

1032-1060, février.

Ego Bertrandus vocatus Bonusparus cedo vel dono illo alode meo de Pecelliago, hoc est unus mansus ubi Jhoannes visus est

manere, sancti Salvatoris Conchas monasterii, ubi sancta Fides tumulata consistit; et ad ipsos monachos ibidem Deo servientes, cum pratos, cum boscos, cum terras cultas et incultas et cum toto censo, hoc sunt duas vaccas et unus multonus et IIII sestarias de civada. Istum alodem supra scriptum totum et abintegrum ego Bertrandus Bonusparus dono sancto Salvatoris et sancte Fide, in tale racione ut ipsi monachi teneant in comunia, et Geraldus monacus de Vernias in obedientia. Et si ullus abba aut ullus homo de comunia tulerit, veniat unus de propinquis parentibus meis et ponat super altare sancti Salvatoris denarios VI et teneat ipsum alodem.

Facta carta donatione ista in mense febroario, feria VI, regnante Ehenrico rege. — S. Bertrando Bonoparo qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Deusdet, Aldeberto, Rigualdo. — Oddo monachus scripsit.

411. [DE OVILI[1].]

996-1031.

Locum sacrum sanctæ Dei æcclesiæ qui est constructus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris, ubi sancta Fides tumulata consistit, Conchas monasterii. Quamobrem ego, in Dei nomen, Alfarigus clericus cedo vel dono illa vinea que est in comitatu Narbonense in terminio de villa Ovilis, in loco quæ dicitur ad ipso Aquale, et est una modiada de vinea; et habet in se fines : de parte altane in vinea de Segario vel de heredes suos, de meridie in vinea sancti Pauli confessoris, de circi in vinea Ermenricus vel suis heredes, de aquilone in vinea Aurucione presbyter vel heredes suos; et in alio loco, in ipsa villa, in Frambas Rocas, cedo vel dono mansione una sancti Salvatoris et sanctæ Fidis, sine ullo contradicente. Et in antea ista carta donatione firmis et stabilis permaneat omni quo tempore; et si ullus homo est qui contra donatione ista ulla calumpnia jenera voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

1. En marge, une main postérieure a écrit : « *De Ovelano* ».

Facta carta donatione ista feria IIII, sub Rotberto rege regnante. — S. Alfarigus clericus qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Sugnarius, Rigualdus presbyter, Attone. — Et ego Sugnarius qui ista carta firmavi et uxor mea Senanda cedimus vel donamus sancti Salvatoris et sancta Fide I quartariata de vinea in loco qui vocatur a Munt Carle. — Donadeus scripsit.

412.

1008, janvier.

Domino magnifico domino Deo et sancti Salvatoris et sancta Fide emptore et ipsos monachos. Ego enim, in Dei nomen, Ictor et uxor sua venditores, juxta textum vendicionis constat nobis vendo, quod ita et vendo, trado, quod ita et trado, hoc est alodus meus unus boscus cum ipsa terra; et est ille boscus cum manso ubi Aldebrandus mansit, quantum ad ipso manso aspicit vel aspicere videtur, quistum vel adquirendum est, totum et abintegrum vobis cedo vel vendo; unde accepi de vos precio de presente, sicut inter nos et vos benet complacuit atque convenit, hoc sunt in argento aut inter res conpreciatas valentes solidos L, et de ipso precio retro nos non remansit indebitum, et pro ipso precio manibus vobis trado habendi, donandi et faciendi in omnibus quicquid facere volueritis, sine ullo contradicente sane. Si quis nos, emutatas voluntates nostras, aut ullus de heredibus vel propinquis nostris aul ullus homo per ullo quoque injenio aut ulla amissi persona qui contra carta vendicione ista ire aut agere vel inquietare voluerit, nulla tenus vindicet, set insuper conponat tantum et alium tantum quantum eo tempore ipse boscus et ipsa terra melioratus valere poterit in duplum sit vobis redditurus, et quod petit non vindicet, sed presens vendicio ista omnique tempore firma et stabilis permaneat cum stibulatione subnixa.

Facta carta vendicione ista die lunis in mense januario, anno XII regnante Rodberto rege. — S. Hictore et uxore sua qui carta vendicione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Hictore, Adalgerio, Aimono, Bladino, Hugono. — Oddo rogatus scripsit.

413. DE CORMOLO.

948, mai.

Locum sacrum sancte Dei æcclesiæ qui est situs in pago Ruthenico super alveum Dordonis et est fundatus in honore domini nostri Jhesu Christi seut gignentis eum parili est consecratus honore necnon et sancti Petri principis apostolorum seut clavigeri, ubi sanctus Vincentius et sancta Fides tumulati esse videntur. Quamobrem ego, in Dei nomen, Asqualdus cedo ad præphato monasterio cujus vocabulum est Conchas, ubi Stephanus abba preesse videtur cum cuncta congregacione ibidem Deo famulantes, cedo res meas quæ michi justissime per conquistum obvenit, et in perpetuum censum permaneat, hoc est unus mansus, et est in pago Ruthenico, in ministerio Balciacense, in loco quæ vocatur Cormolo ubi Jautardus visus est manere ; quantum ad ipso manso aspicit vel aspicere videtur, cum terras cultas et incultas, cum pratis, pascuis, vineis, silvis, garricis, aquis aquarum vias decursibus, quistum vel adinquirendum est, totum et abintegrum cedo. Et in tres mansos decimam Miraponchi Pallairenco lecam cedo ad sanctam Fidem martirem ad sacrificium offerendo vel ad luminaria concinanda, pro amore Dei vel pro anime meæ et pro Ermengaudo comite et pro Adalaice et pro Adane vel pro omnibus benefactoribus meis, ut Deus omnipotens veniam istis præstare dignetur; eadem vero racione ut, quamdiu ego vivo, usum et fructum habeam et per singulos annos vestiduram recipiant ad ipsa casa Dei II sestarios de vino, et post obitum meum ad ipsa casa Dei in sagrestania remaneat, sine ullo contradicente sane.

Facta carta cessione ista die lunis, in menso madio, anno XII quod Lodovicus rex cæpit regnare. — S. Asqualdo qui cessione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Bertelmo, Umberto, Ardrado, alio Umberto, Unaldo. — Guido scripsit.

414. LICIONICAS.

Av. 996-1004, mai.

Domino magnifico Girberto abbate emptore vel comparatore.

Ego enim, in Dei nomen, Aimeldis femina cedo vel dono ad ipso monasterio cui vocabulum est Conchas, hoc est tres denariadas de terra; et est ipsa terra in loco quæ vocatur Licionicas; et habet in se fines de totas partes terra sancti Salvatoris et sanctæ Fidæi, quantum infra istas fines aspicit, totum et abintegrum vendo sancti Salvatoris et sanctæ Fidei, et accepi de vo precium, hoc sunt solidi IIII et denari VIII Ruthenesi. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredes meos aut ulla amissa persona qui contra hanc carta vendicione ista ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta vendicione ista in mense madi, feria II, regnante Rodberto rege. — S. Aimeldis qui carta vendicione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Bernardo, Gerardo, alio Gerardo, Austrino, Hugoni. — Oddo scripsit.

415. CALMETA.

x^e siècle.

Cambiaria illa Calmeta, hoc est una denariata de terra, cum beciaria, que Aimeldis femina scambiavit ab filios suos, et accepit de filios suos pro Calmeta ipsa terra supra scripta.

416. DE ARSIAGO.

XI^e siècle.

Ego Rigualdus de Arsiago dono sancti Salvatoris et sanctæ Fidis omne meum alode, post morte mea et post morte filiorum meorum, si ipsi sine infantibus morierint, id est de terciam partem de ecclesia de Arsiago medietatem, et terciam partem de phevum presbyterii, et omnes locales de mansionibus ipsius æclesiæ pertinentibus, et medietatem de albaredas et de vineas quas Rainulfus tenuit, et medietatem de bosco de Riols et de prato et de cambone usque in Dordone, et hoc ubi Gauzfredus visus est manere, et vinea et caput manso que ipse Gauzfredus tenet, et alium caput mansum que Deusdet Aldefredus tenet, et unum clausum que ipse tenet, et alium clausum que Deusdet Gai-

rardus tenet, et caput mansum de Cabazola cum vineas et campos et ortos, et mansum de Costa ubi Deusdet visus est manere cum vineas cum bos, cum terras cultas et incultas, et medietatem de Claunangas cum vineas et boscos et albaredas et campos, et medietate de Vaiseria medietatem de boscos et de vineas et de campos et de albaredas, et cambone de Nogario cum albaredas, et quartum partem de Quiltoc cum vineas et albaredas, et boscos et medietatem de omnibus albaredas que sunt de Bozarel justa Dazan, et medietatem de campum que justa Mainbert, et in ipso loco unum caput mansum in quo Deusdet Barbarels stetit, et medietatem de Frotgaresc ubi Guilabertus stetit, et medietatem de Calmeta de IIII mansos cum vineas et pratos et boscos et albaredas; et in tali convenientia ut, si Petrus et Bernardus filii sui morierint sine filiis de uxore natis et ipsi filii sine aliis, ut fiat hæc domini nostri Salvatoris et sanctæ Fidis pro anima ejus, ita ut Hector monachus filius suus in sua vita obedientiam teneat, et ita sane ut, si aliquis abbas aut decanus aut ullus homo inpignorare aut a comunia tollere voluerit, veniat aliquis de plus propinquis ejus et donet XII denarios super altare et fiat suum totum.

417. DE TORTOREL.

Av. 1096-1104, octobre. 996-1004

Domino magnifico Girberto abbatæ vel cuncta congregationem monachorum Conchas monasterii emptores. Nos enim, in Dei nomine, Bernardus et uxor mea Abba et Girbertus et Atto et Rigualdus et Bernardus constat nobis vobis vendidissemus, quod ita et fecimus, hoc est alodus noster duos mansos, cum vineas, cum terras cultas et incultas qui nobis per eruginem parentorum obvenit; et est ipsa alodus in pago Caturnicense, in loco que dicitur Tortorel. Quantum in ipso loco visi sumus habere vel possidere, totum et abintegrum vendimus sancti Salvatoris et sancta Fide vel cuncta congregacione Conchas monasterii; unde et nos accepimus de vos precium, sicut inter nos et vos bene complacuit atque convenit, hoc est in argento solidi CXX de Lemoticanos; pro isto precio vel pro ista carta de manus nostras

in manus vestras tradimus atque transfundimus, ut post hunc diem habeatis, teneatis, possideatis et faciatis exinde quicquid facere volueritis in omnibus sane. Si quis nos, inmutatas voluntates nostras, aut ullus de heredibus vel propinquis nostris qui contra vendicione ista aut agere vel quietare voluerit, faciat exinde quod lex est.

Facta carta vendicione ista sub die lunis, in mense octubrio, regnate Rodberto rege. — S. Bernardo et uxore sua Abba et Girberto et Atto et Rigualdo et Bernardo qui carta vendicione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Stephano, Rigualdo, Geraldo, alio Stephano, Gauzberto. — Saluster rogatus scripsit.

418. DE CORBINS.

xi^e^ siècle.

Ego, in Dei nomine, Ebrardus et uxor mea Ava cedimus et donamus sancti Salvatoris et sanctæ Fidæ illo alode nostro in Corbins, hoc est una vinea, cum mansione et cum una sestairada de terra; et quamdiu ego Ebrardus vivo, teneam et in vita mea omnibus annis pro vestidura dono denarios quatuor sancti Salvatoris et sanctæ Fidæ aut quatuor denariadas de cera, et post mortem meam sancti Salvatoris et sancta Fide remaneat, et fiat in ipsa mea guarda ipse alodus.

419. DE CROMARIGO.

997-1030, août.

Locum sacrum sancte Dei æcclesiæ que est constructus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris, Conchas monasterii, ubi sancta Fides et sanctus Vincentius tumulati consistunt. Quamobrem ego enim, in Dei nomine, Geraldus presbyter cedo vel dono sancti Salvatoris et sancta Fidæ illo alode meo de Cromarigo que dedit mihi pater meus, hoc sunt tres maculatas de vinea, cum albaros; et abet ipse alodus in se fines: de uno latus vineas Bello Homine, de alio latus vineas Isarno, de tercio latus strata puplica. Quantum infra istas fines aspicit vel aspicere videtur, totum dono sancto Salvatoris et sancte Fidi,

pro amore Domini et sancto Sepulchro. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis qui contra hanc carta donatione ista ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta donatione ista in mense augusto, feria III, regnante Rodberto rege. — S. Geraldo qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Rotlando, Aldeburga, Hugono, Rodgerio, Aimono, Deusdet. — Oddo scripsit.

420. DE POZOLS.

Vers 1012, avril.

Domino magnifico Airado abbatæ emptore. Ego enim, in Dei nomen, Bernardus venditor, juxta textum venditionis constat me tibi vendidisse in opus sancti Salvatoris et sancte Fidei, quod ita et vendidi, tradidisse quod ita et tradidi, hoc est alodus meus quæ michi per eruginem parentorum justissime obvenit, cum vineas, cum boscos, cum terras cultas et incultas; et est ipse alodus in Pozols, et habet in se fines : de uno latus terra ad ipso venditore, de alio latus aqua decurrente, de tercio vero latus terra sancti Salvatoris et sancte Fidei. Quantum infra istas fines aspicit vel aspicere videtur, totum tibi vendo, Airadus, in opus sancti Salvatoris et sancte Fidei; et accepi de te precium, sicut inter me et te bene complacuit, hoc est in argento solidos viginti. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis qui contra hanc carta vendicione ista ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta vendicione ista feria III, in mense aprili, regnante Rodberto rege. — S. Bernardo qui carta vendicione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Bego, Jorio, Rainoni, Guitbaldi. — Oddo scripsit, sit.

421. DE SCABRINIO.

Vers 1007, mars.

Lex legum sancxit auctoritas ut quicquid de res suas in altare jus personis transferre voluerit licentiam habeat ad faciændum.

Quamobrem ego enim, in Dei nomine, Geraldus et uxor sua Raingardis concambiacionem facimus de rebus nostris cum alicos homines, videlicet cum Begoni episcopo, cum Arlaldo abbate et cum Matfredo et cum rectores sancti Salvatoris Conchas; dedit igitur Geraldus sancti Salvatoris Conchas manso uno in Scabrinio ubi Constancius visus est manere, cum omni integritate; in tali racione ut unusquisque de suum scambium faciat quicquid facere voluerit, sane, sine ullo contradicente. Si quis ex hoc concambiacione extraere se voluerit, hoc ei non liceat facere, sed carta ista firma et stabilis permaneat.

Facta carta scambiaria ista in mense martio, sub feria III, regnante domino Deo nostro Jhesu Christo. — S. Begoni episcopo, Arlaldo abbate, Matfredo, Geraldo decano, Gerberto monacho, Rodberto monacho.

422. DE DIUZIONE.

964, avril.

Locum sacrum sancta Dei ecclesie qui est constructus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris, hubi beata Fides et sanctus Vincentius tumulati consistunt, in loco que vocatur Concas. Venit jam predictus Bernardus et donat aliquis de res proprietatis suæ, hoc est alodus unus caput mansus qui mihi per eruginem parentorum obvenit, cum mansione et curte, cum verdiario et orto, cum exeo et regresso, cum duos aripendos de vinea cedo vel dono ad ipsa casa Dei jam supradicta, pro anima mea et pro anima Girberti avunculi mei; et est ipse alodus in pago Ruthenico, in vicaria Montiniacense, in loco que vocatur Diuzione; et habet in se fines : de uno latus terra ad ipso donatore, de secundo terra Rigualdo, de duos alios latus terra Rulendis. Quantum ab istas fines concluditur, totum et abintegrum cedo vel dono ad ipsa casa Dei jamdicta, in ea vero racione ut, quamdiu ipse Bernardus vivit, teneat et per singulos annos donet vestidura huno semodio de vino, et post obitum meum ad ipsa casa Dei remaneat jam supradicta, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ullus homo per ullo quoque

injenio qui contra carta venditione ista ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta donatione ista in mense aprilis, anno x regnante Lothario rege. — S. Bernardo qui carta donatione ista scribe vel adfirmare rogavit. S. Sigerio, Aldegerio, Abbonio, Rigualdo. — Rodbertus scripsit.

423. DE ALBINIAGO.

975, septembre.

Locum sacrum sancta Dei ecclesia qui est constructa super alveum Dordonis cujus vocabulum est Conchas, ubi sancta Fides vel sanctus Vincentius tumulati consistunt. Venerunt Iscafredus, Hictor, Willelmus, Adalgerius, Guinarandus, Stephanus presbyter, elemosinari Hictoriane ad locum suprascriptum, donaverunt pro anima ejus hunum mansum; et est ipse mansus in aice Roceznacense, in loco que vocatur Albiniago, ubi Richirandus visus est manere; et habet ipse alodus fines vel confrontationes : de tres partes terra Umberto, de quarto latus terra Raingardis. Quantum ad ipsum mansum aspicit, totum et abintegrum donamus ad ipsa casa Dei, pro anima ejus, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis nos, inmutatas voluntates nostras, aut ullus de heredibus vel propinquis nostris aut ulla amissa persona qui contra carta donatione ista ulla calumpnia jenerare præsumpserit, hoc ei non liceat facere, sed faciat sicut lex est.

Facta carta donatione ista sub die jovis, in mense septimbrio, anno XXI regnante Lotario rege. — S. Hictorii, Iscafredo, Willelmo, Adalgerio, Guinarando, Stephano qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Umberto, Addraldo, Hictorii Regibaldo, Bladino. — In Dei nomine, Rodbertus scripsit.

424. DE SERRA.

962, septembre.

Locum sacrum sanctæ Dei ecclesiæ qui est constructus in honore Domini nostri et sancti Salvatoris Conchas monasterii,

hubi sanctus Vincentius et sancta Fides tumulati consistunt. Venit jam predictus vir nomine Archimbaldus, donat pro anima sua ad ipsa casa Dei jam supradicta hunum caput mansum, cum vineas et bosco, cum curtes et orto, cum exeo et regresso; et est ipse alodus in pago Ruthenico, in vicaria Montiniacense, que vocatur Serra, et venit mihi per conquistum ipse alodus; et habet fines ipse alodus : de superiore latus strata puplica, et de alio latus terra Guitberto, de sùpteriore latus rivo decurrente, de quarto vero latus vinea Guidburgis. Quantum ab istas fines concluditur, totum et abintegrum dono pro anima mea ad ipsa casa Dei; et in ipso caput manso visus est manere Gauzbertus; et post hunc diem quicquid facere voluerint rectores loci illius licentiam habeant ad faciendum. Sane si quis ego, inmutata voluntate mea, vel unus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa persona qui contra carta donatione ista ulla calumpmnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta donatione ista sub die jovis, in mense septimbrio, anno VIII regnante Lothario rege. — S. Archimbaldo qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Huggono, Deusdedit, Bonifacio, Frodlendis Guitburgis, Rigualdo, Geraldo. — Rodbertus scripsit.

425. [DE PENDENTE PEDICULO.]

XI^e siècle.

Ego Geraldus dono sancto Salvatori et sancta Fide una denariata de vinea et quartum de uno caput manso de alode meo, in vita mea; et est ipse alodus in Pendente Pediculo; et post mortem meam aliam medietatem ex vinea supra dicta et censum de isto caput manso suprascripto, pro anima mea et pro anima genitoris mei et genitricis meæ. Et si homo alicam calumpniam contra istam cartam generare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed habeat partem cum Datan et Abiron in infernum.

426. DE GARDIA.

XI^e siècle.

In nomine domini nostri Jhesu Christi et in honore sanctæ

Fidæ. Ego enim, in Dei nomine, Odilus et uxor sua nomine Rigilde donatores donamus nos pariter ad ipsa sancta Fide pecia una de vinea ad alodem; et est ipsa vinea in comitatu Uxetico, vicaria Sedeninca, terminio de villa que nominant Quarises in ipsa villa vel in sua terminia, et in loco que nominant Gardia tibi dono Odilus ipsum quartum que de ipsa vinea exire a fidelicitate sancta Fide et de suis habitatoribus quæ a sancta Fide obsequium super altare suum faciunt, et nullus homo nec femina quam ipsa vinea ullumque tempus teneam ipsam cartam ut sancta Fide fideliter faciant.

427. DE TAULOMO.

964, juin.

Locum sacrum sancta Dei æcclesiæ qui est constructus super alveum Dordonis in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris, ubi sancta Fides vel sanctus Vincentius tumulati requiescunt vel alii sancti Dei. Venit jam supradictus vir nomine Gauzbertus, donavit illo manso de Taulomo ubi Folcherius visus fuit manere ad ipsa casa Dei jam supradicta, cum quantum ad ipsum mansum aspicit vel aspicere videtur, quistum vel adinquirendum est, pro anima sua vel pro anima genitori sui Guitberti; in ea vero racione ut Gauzbertus, quamdiu vivit, teneat, et post obitum suum, ad ipsa casa Dei jam supradicta remaneat, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis aut ulla amissa persona qui contra carta donatione ista ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est, cum stibulatione subnixa.

Facta carta donatione ista, sub die lunis, in mense junio, anno x regnate Lotario rege. — S. Gauzberto qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Riculfo, Guitberto, Aldegerio, Guilaberto, Guirardo. — Rodbertus scripsit.

428. DE CAUSERIA.

Av. 1031-1065.

Ego Aimo de Combrosa dono domino Deo et sancte Fidei de

Conchas et abbati Odolrico et ad monachos qui sunt et futuri sunt illum meum mansum de Causeria ad alodum, et est ipse mansus in vicaria Luganiensis, habet autem censum : IIII sestarios de sigile et I multonem et I agnum et I porcum de VI denariis et II spatulas et II sestarios de civada et II gallinas et II panes et in augusto XII et ad kalendas XII et IIII denarios per carrigio et IIII restoliencos; et medietatem de meo manso de Vilaro, et habet censum : II sestarios de frumento et medietatem de uno multone et de uno agno et medietatem de uno porco de VI denariis et I spatulam et I sestarium de civada et I gallinam et I panem et VI ad messes et VI ad kalendas et II de carrigio et II restoliencos. Hoc totum et abintegrum dono domino Deo et sanctæ Fidei cum boscos et pratos et albaredos ad alodum.

S. Aimonis, Hectori, Pontii, Ademaro, alio Hectori.

429. DE RAINALDESCO.

997-1030, 1er août.

Locum sacrum sancte Dei æcclesiæ qui est consecratus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris Conchas monasterii, ubi sancta Fides tumulata consistit. Ego enim, in Dei nomine, Bonusparus de Rainaldesco filius Aldegerio cedo vel dono illo alode meo de Rainaldesco, hoc est unus mansus ubi Adalardus visus fuit manere, quantum infra ipsum mansum aspicit, totum et abintegrum dono sancti Salvatoris et sancte Fide; et habet ipse alodus in se fines de totas partes terra ad ipso donatore ; et in ipso loco, de alios tres mansos que ipse Bonusparus habet, omnibus annis, sit receptum pro vestidura in opus sancta Fide de uno queque denarii IIII, hoc sunt de tres mansos XII denarii. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus de heredibus vel propinquis meis qui contra hanc carta donatio ista ulla calumpnia generare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta donatione ista in kalendas augusti, regnante Rodberte rege. — S. Bonoparo qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Dagberto, Adraldo, Gualterio, Guigoni. — Oddo scripsit.

430. DE PLANCA.

1061-1108, mai.

Loco sacro qui est consecratus in honore domini nostri Jhesu Christi necnon et sancte Fidis aliorumque sanctorum. Ego Huga et filii mei Hugo et Willelmus et Petrus et Rotlandus et Raiemundus, pro redio animarum nostrarum et parentum nostrorum, cedimus et donamus sancto Salvatoris de Conchas et sanctæ Fidei virginis et loco de Bello Monte id est Plancas unum mansum in Casellas qui est in parrochia de Anglaris quem Deusdet Calvetus visus est manere; et in parrochia de Campolivado donamus alium mansum in illa Vernia. Hoc totum domus ad alodem sancto Salvatori de Conchas et sancta Fidei et sanctæ Mario de Bello Monte, sine ullo contradicente; et hoc in tali convenientia ut, si ullus abbas de comunia monachorum tulerit, veniat unus de plus propinquis nostris et faciat recuperare in loco usque tercio, et si amplius tultum fuerit, sibi retineat.

Facta carta ista est in mense madio, feria III, regnante Phylippo rege. — S. Huga et filiorum ejus qui hanc cartam scribere rogaverunt. S. Berengerio Guidone, Guidoni Arnaldo, Petro de Moreto, Petro Rosato. — Raino monachus scripsit[1].

431. [DE COMITATU WAPICENSI.]

928, 31 octobre.

Dicendum est enim ut unumquemque hominem de res suas faciat quicquid facere voluerit. Ego igitur, in Dei nomen, Raimbertus et uxor sua Girberga, pro remedium anime meæ, ut dominus noster Jhesus Christus filius Dei in presenti seculo et in futuro michi misericordiam prestare dignetur, dono ad eccclesiam sancta Fides de Conchas, pro luminaria vel sacrificium offerendo sive in elemosina ad eisdem monachis qui in ecclesia cotidie divinum misterium proficiunt, vine mea in comitatu Wapicense, una

1. Ici, dans le cartulaire, se lit le titre : *De Campaniago*. La charte qui le suivait a été grattée et remplacée par une autre, publiée plus loin.

semodiata in territorio de Remodo de Castro que nominant Gargaia; et habet fines vel terminationes de uno latus via puplica, et de alio latus rivulo torrente. Et ipsa vinea ibi donet ad monasterium sancta Fides quæ nominant Conchas, eadem vero ratione ut, dum ego vixero, usum et fructum possideam et unumquemque annum ad ipsum monasterium sestarios VIII de vino persoltam; post obitum vero meum, monachi qui in æcclesia divinum misterium peregerint ea teneant et possideant, nullo homine contradicente. Si quis autem hanc donationem, quam ego pro remedium anime meæ ad supradicta æcclesia conscriberæ vel adfirmare rogavit, futuris temporibus inquietare vel inrumpere voluerit, hoc consequimini ne valeat, sed supradicta ecclesia quibus injustis litere intulerit componat tantum et alium tantum, et insuper sit eterna maledictione dampnatus et excomunicatus et a consortio sanctorum ejectus, et hæc eadem donatio perpetua maneat ad sancta Fide.

Acto Vapricense, anno dominice incarnationis, I indictione, II kalendas novimbris, regnante Rodulfo rege in Gallis. — S. Raimbertus et de suis pater Aldoardus et de suis mulier Laugarda et de suis projeniis que de illos jerminavit. S. Domnus Rostagnus firmavit, Pontius, Arfredus, alius Pontius, Adimarus. — Ademarus scripsit.

432.

934 ou 935.

Locum sacrum sancte Dei æcclesiæ qui est situs in pago Ruthenico super alveum Dordonis, et est fundatus in honore domini nostri Jhesu Christi seu sanctæ Marie virginis et sancti Petri principis apostolorum necnon et clavigeri, ubi sanctus Vincentius et sancta Fides tumulati consistunt. Quamobrem ego, in Dei nomine, Niguarius monachus cedo ad prephato monasterio cujus vocabulum est Conchas, ubi Jhoannes abba preesse videtur cum cuncta congregatione ibidem Deo famulantes, cedo res meas quæ mihi justissime debitum est et in perpetuum cessum permaneat, hoc est mansus meus qui mihi justissime ex parentorum obvenit, ubi Ingelgarius visus est manere, cum curte et orto, cum exeo et

regresso, cum terras cultas et incultas, cum pratis, pascuis vel cum omnibus ajacenciis suis vel quantumcumque hodie ad ipsum mansum aspicit vel aspicere videtur vel quantumcumque in ipso loco visus sum habere vel possidere, quistum vel adinquirendum est, totum et abintegrum cedo ad ipsa casa Dei jamdicta vel ad ipso rectore seu ad ipsos Deo servientes, pro anime mee remedium et pro anima jenitore meo Adalgrimo et jenitrice mea Teudlinde nec non et pro anima fratris mei Benjamin, ut Deus omnipotens veniam nobis ad judicium concedere dignetur; eadem vero racione ut, quamdiu ego vivo, usum et fructum michi reservo, post quoque obitum meum ad fratrem meum Benjamin remaneat, et post quoque obitum nostrorum amborum ad unum nostrum amicum quem nos melius elegerimus remaneat, et post illius obitum ad ipsa jamdicta casa Dei vel ad ipso abbate seu ad ipsos Deo servientes remaneat, sine ullo contradicente sane. Si quis ego, inmutata voluntate mea, aut ullus heres meus vel propincus aut ulla amissa vel subrogata persona qui contra hanc carta donatione ista ire aut ulla calumpnia jenerare voluerit, nullatenus vindicet, sed insuper componat ad ipsa jam dicta casa Dei vel ad ipso rectore seu ad ipsos Deo servientes tantum et alium tantum quantum ipse mansus eo tempore melioratus valere potuerit in duplum sit redditurus et quod petit non vindicet, sed presens cessio ista inviolabilem obtineat firmitatem.

Facta carta cessione ista die jovis, in mense.., anno VI regnante Rodulfo rege. — S. Niguario qui carta cessione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Bernardo, Garifredo, alio Bernardo, Adalgrimo.

433. DE MASCLO.

996-1030, octobre.

Locum sacrum sanctæ Dei ecclesia qui est constructus in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris, Conchas monasterii, ubi sancta Fides tumulata consistit. Vos enim, in Dei nomine, Petrus et Deusdet et Matfredus cedimus et donamus sancti Salvatoris et sancta Fide in comunia illo alode nostro uno manso in Masclo ubi Benedictus manet, et habet fines: de uno

latus terra sancti Amancii, de alio latus terra Hictori, de tercio latus rivo decurrente, de quarto latus terra Richardis; et in alio loco, in Serla, uno demedio manso ubi Girberga visa est manere; et in alio loco, in Serla, illa terra que Bernardus tenet, et habet fines : de uno latus terra sancti Salvatoris, de alio latus terra sancti Saturnini, de tercio latus strata puplica, de quarto latus rivo decurrente, quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum donamus sancti Salvatoris et sanctæ Fide pro fratre nostro Abbono. Et in alio loco, uno manso in Auna ubi Benedictus visus est manere, post mortem Aviernane donat ipsa Avierna et Petrus, Deusde et Matfredus sancti Salvatoris et sanctæ Fidæ; et habet et ipse mansus fines : de uno latus terra ad ipsos donatores et terra Bernardo, de alio latus strata puplica, de tercio latus terra ad ipsos donatores et terra Bernardo, de quarto latus rivo decurrente; quantum infra istas fines concluditur, totum donamus sancti Salvatoris et sancta Fide pro Abono, et quamdiu Avierna vivit, donet unoquoque anno sancto Salvatoris et sancta Fide tres denarios pro vesticione.

Facta carta ista donatione in mense octubri, sub die jovis, sub Rotberto rege regnante. — S. Aviernæ et Petrono et Deusdet et Matfredo qui carta ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Bernardo, Deusdet, alio Bernardo, Hugono, Seguino. — Oddo rogatus scripsit.

434. DE CROSO.

964, mars.

Locum sacrum sanctæ Dei æcclesiæ qui est constructus super alveum Dordonis, in honore domini nostri Jhesu Christi et sancti Salvatoris, ubi sanctus Vincentius et sancta Fides tumulati consistunt. Ego enim, in Dei nomine, Bernardus laxo ad ipsa casa Dei jam supradicta aliquis de rebus proprietatis meæ, quatuor mansos et uno caput manso qui mihi per conquistum obvenerunt, et est ipse alodus in pago Ruthenico, in vicaria Brogmacense, in villa quæ vocatur Croso; et in ipsos mansos visi sunt manere Ragafredus et Avitus et Bertinus et Atbertus et Adalaldus; et quantum ibi visus sum habere vel possidere, quistum vel quic-

quid adinquirendum est, totum et ab integro cedo ad ipsa casa Dei jam supradicta, in tali racione ut, quamdiu Bergaudus vivit, teneat in obedientia et fructum in comunia recipiat, ut post hunc diem habitatores et Deo servitores teneant, possideant, quicquid facere voluerint faciant, sine ullo contradicente in omnibus sane. Si quis ego inmutata voluntate mea, vel ullus de heredibus et propinquis meis aut ulla amissa persona aut ullus homo per ullo quoque injenio qui contra carta donatione ista ulla calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta carta donatione ista sub die marcis, feria III, in mense januario, anno X regnante Lothario rege. — S. Geraldo qui carta donatione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Cautardane, Aikardo, Sigerio, Umberto, Guilaberto, Deusdet. — Rodbertus scripsit.

435. DE URSARIAS.

xi^e^ siècle.

Ego Poncius Lautaldus et uxor mea Poncia damus sancto Salvatori et sanctæ Fide de Conchas illum mansum nostrum de Ursarias ubi Bernardus Dodolenus visus manere; et habet censum : unum sestarium de sigile et XVIII denarios et multonem cum auso et agnum et receptum cum IIII militibus et per sauma XVIII denarios et quartum de lino; et est ipse mansus in comitatu Gabilonense; in tali convenientia ut, in vita nostra, XII denarii sanctæ Fidi dentur, et post mortem uxoris meæ, sanctæ Fidi abintegro remaneat.

S. Poncioni et uxori suæ qui carta ista scribere rogaverunt. S. Stephano, Gaucelmo, Willelmo filio meo.

436. DE SEGONZIAGO.

956, février.

Locum sacrum sanctæ Dei æcclesiæ qui est situs in pago Ruthenico super alveum Dordonis, et est fundatus in honore domini nostri Jhesu Christi pseu sanctæ Marie virginis et sancti Petri principis apostolorum necnon et clavigeri, ubi sanctus Vincen-

tius et sancta Fides tumulati esse videntur. Ego enim, in Dei nomine Hictor, cedo vel dono ad prephato monasterio cujus vocabulum est Conchas, ubi Stephanus abba præesse videtur cum cuncta congregatione ibidem Deo famulantes, hoc est terra qui mihi per conquistum justissime obvenit; et est ipsa terra in pago Ruthenico, in ministerio Montiniecense, in aro cujus vocabulum est Segonziago, et habet ipsa terra fines vel confrontaciones : de superiore fronte terra de manso de Monte Redundo, de alio latus terra de manso Raganardo, de alios duos latus terra que fuit Aicmari. Quantum infra istas fines concluditur, totum et abintegrum cedo vel dono ad ipsa casa Dei jamdicta vel ad ipso rectore pseu ad ipsos ibidem Deo famulantes pro anime meæ remedium, ut Deus omnipotens veniam mihi ad judicium concedere dignetur, cedo cessione ista ad ipsa casa Dei vel ad ipsos Deo servientes. In ea vero racione hoc facio, quamdiu Guitbertus monachus et Gauzfredus vivunt, illi teneant sine ullo contradicente, et post obitum illorum, ad ipsa jamdicta casa Dei pseu sancta Fide remaneat in sacrestia, pro animas nostras remedium ; ita post hodiernum diem neque nos neque ullus de heredibus nostris nec ulla oposita vel admissa persona ipsa donatione quæ ad ipsa casa Dei cedimus abstraere vel minuare voluerit, omnino non poscit, et qui hoc facere presumpserit componat ad ipso rectore pseu ad ipsos Deo servientes de ipsa casa Dei qui eo tempore preesse videntur tantum et alium tantum quantum ipsas res vel ipsa terra meliorata valere potuerit in duplum sit redditurus et hoc petit non vindicet, sed presens cessio ista omnique tempore obtineat firmitatem cum stibulatione subnixa.

Facta carta cessione ista die lunis, in mense febroario, anno II quod Lotarius rex cepit regnare. — S. Hictore qui carta cessione ista scribere vel adfirmare rogavit. S. Austrino, Bernardo, Guitbaldo, Bernone, Aldegario. — Teutbertus me scripsit.

437. ITEM DE SEGONZIAGO ET DE VINEA.

XI^e siècle.

Breve memoratorio que Odda fieri jussit. In primis laxo sancti Salvatoris et sancta Fidæ et ad illos monachos qui regula sancti

Benedicti tenunt vel tenuerunt illos duos meos mansos quæ dicuntur de Vinea ubi Guirbernus visus est manere, cum boscos, cum vineas, cum pratos, cum albaredas, cum molinos, cum terras cultas et incultas, totum et abintegrum laxo sancti Salvatoris et sancta Fide, pro anima mea, in tale racione ut, si ullus abba est aut ullus episcopus aut ullus homo qui de communia tollere voluerit, veniat qualiscumque de filios meos aut ullus de propinquis meis et donent sancti Salvatoris et sancta Fide solidos quinque et teneant ipsum alodem.

S. Oddane qui brevem istum scribere vel adfirmare rogavit. S. Frotardo marito meo, Hugono, Deusdet, Frotardo, Girberto, Bernardo, Arnulpho. — Saluster scripsit.

438. DE BONI MONTE.

Av. 996-1004, février.

Domino magnifico Girberto abbate emptore. Ego enim, in Dei nomine, Frotardus et uxor sua Odda venditores, juxta textum vendicionis constat nos tibi vendidissemus, quod ita et vendidimus, tradidissemus, quod ita et tradidimus, hoc est alodus noster illa medietate de Boni Monte cum vineas, cum mansiones, cum terras cultas et incultas; et habet fines : de uno latus rivum aquarum, et de alio latus terra Frotardi et Austrini, et de alios duos latus terra sancti Salvatori et sancte Fidei. Infra istas fines quantum infra istas fines, quantum ad illum alodem aspicit vel aspicere videtur, illa medietate totum et abintegrum vendimus tibi et per hanc carta manibus vobis tradimus; unde accepimus precium de vos, sicut inter nos et vos bene conplacuit, hoc sunt solidi xv Lemoticanos et xviii et dimidius sunt Pogesi, et de ipso precio retro nos nichil remansit indebitum; ita ut ab hanc diem habeatis, teneatis et possideatis ad faciendum sane. Si quis nobis, inmutata voluntate nostra, aut ullus de heredibus vel propinquis nostris aut ulla emissa persona aut calumpnia jenerare voluerit, hoc ei non liceat facere, sed faciat quod lex est.

Facta venditio ista in mense febroario, feria iiii, sub Rodberto rege regnante. S. Frotardo et uxore sua Odda qui carta venditione ista scribere vel adfirmare rogaverunt. S. Bernardo, Austrino, Aganoni, Begoni. — Donadeus scripsit.

439. DE SERLA.

996-1031.

Breve memoriale de illo avero de Bonimunto que laxavit Hugo filius Ariberto; et aprehensi illa apendaria de Serla in escamge a feu in vita sua et de filium suum, sancti Salvatori remaneat; et placitavi Armandus et Bartolomeus sacerdos et Seguinus de Sentres et Bernardus Altornus, regnante Rodberto rege.

440. DE ESDOLOMADDA.

Seconde moitié du XI^e^ siècle.

Ego Willelmus Garsias de Godol dono sancto Salvatori de Conchas et sancte Fidei totum honorem meum et uxor mea Guila similiter et corpus nostrum et substantiam nostram, et mittimus nos in comanda et in guarda Deo et sancte Fidi; et donamus sancto Salvatori et sancte Fidi illum alodem nostrum in villa que dicitur Esdolomadda totum et abintegrum, et donamus in ipsa villa unum hominem sancto Salvatori et sancte Fidi et par censum quem illo homo dat, donamus sancte Fidi quinque manconos per singulos annos.

S. Willelmi Garsiæ et uxor ejus Guile. S. Bonifilii Arnaldi, Raimundi Anerii, Mironis Raimundi.

441. DE UXELLO.

Fin du XI^e^ siècle.

Breve de illo placito quem Odalricus fecit cum preposito Stephano et Austorgo fratre suo et cum Bernardo Feval de Vallelas. Per porcos et per multones de Uxello XX et VI dedit ad illos CCLXX solidos de Pogesos denarios, et aput Mironem de la Gavosa de uno manso dedit ad illum XX solidos Pogesos, et ad Stephano filio Wigone donat in pignore pro vindemia L solidos de Lemovicanos, et sunt isti de ista pignora sancti Antonini, et per pignora de ecclesia de cimiterium de ipso Uxello donat ad Stephano filio Francone c solidos in pig.....[1]

1. Le cartulaire proprement dit finit ici. On a joint, à une époque très-ancienne, au milieu du XII^e^ siècle probablement, quelques cahiers au manuscrit. Ces cahiers, d'écritures fort diverses, contiennent les chartes qui suivent.

442. [DE GOLINIACO.]

1061-1065, avril.

..... Idcirco ego Girbertus archidiaconus, pro meis commissis peccatis, dono domino Deo et sanctæ Fidei de Conchas et abbati Odolrico hac monachis in eodem loco degentibus tam præsentibus quem adfuturis medietatem æcclesiæ de Goliniaco ad alodum, cum vicariis et sacerdote et fevalis, sicut de me tenent; et tres mansos in Valleta, cum quarto et decimo et censu in dominio, et exeunt tres porci, unus de XII denariis et alius de VI denariis aliusque similiter duosque multones, et ad kalendas duas scapulas, II sextarios de civada, II panes cum receptis; et clausum de Magno Loco in dominio. Si autem ullus abbas aut rector monasterii de monasterio ejecerit, veniet unus de propinquis meis faciatque in monasterio supra dictum alodum tenere usque ter; quod si postea de monasterio ablatus fuerit, veniat meus propinquus detque V solidos super altare sancti Salvatoris et teneat.

Et ut ratio firma sit, facta karta hujus donationis tempori Philippi regis, sub die sabbato, in mense aprili. — S. Girberti qui kartam istam scribere rogavit, Stephanus, Bertrandus, Deusdet.

443. DE SALVETATE APUD CABALITANUM.

Probablement 1105, 23 mars.

Ego Aldebertus gratia dei Mimatensis episcopus, pro salute animæ meæ et pro animabus omnium parentorum meorum, dono sancto Salvatoris de Conchis et gloriosæ martiri Fidi et abbati Begoni et monachis presentibus et futuris in predicto monasterio Deo servientibus aliquid de rebus proprietatis meæ, illud videlicet quod est de alodio patrimonii mei, hoc sunt duo mansi cum omnibus ad se pertinentibus; unus dicitur mansus Bosonis et alter vocatur Petra Fissa. Dono etiam totum quod in istis mansis vel circa ipsos mansos supra nominati monachi sanctæ Fidis de meis fevalibus adquirere poterint. Dono etiam ibi ecclesiasticum et omnia quæ ad ecclesiam pertinent. Hec omnia suprascripta

dono ex integro sancti Salvatori et sanctæ Fidi, ita ut ab hac die meus vicarius aut serviens nichil ibi requirat aut retineat, sed jam dicti monachi sanctæ Fidis quiete et libere habeant et possideant sine ullo contradicente. Est autem iste supra scriptus alodius in episcopatu Mimatense in parrochia ecclesiæ meæ de Primsoiol.

Scripta karta ista x kalendas aprilis feria III, regnante Phylippo rege Francorum. — Signum domni Aldeberti episcopi qui hoc donum fecit et firmare rogavit. S. Willelmi prepositi. S. Rotberti capellani. S. Bernardi Bonipari. S. Willelmi Ronnati. — Durantus scripsit.

✓444. DE ÆCCLESIA MALÆ VILLAE.

1087-1108.

In Dei nomine. Ego Raino Odolricus de Mala Villa, pro redemptione anime meæ et pro anima patris mei et omnium parentum meorum, dono sancto Salvatori et sanctæ Fidi gloriosæ virgini de Conchis et domno Begoni abbati et monachis præsentibus et futuris in prædicto monasterio Deo servientibus æcclesiam meam parrœchialem sancti Petri de Mala Villa ad alodium et ad fevum, cum omnibus æcclesiasticis rebus ad se pertinentibus. Dono etiam et confirmo tam predictam æcclesiam quam ætiam totum æcclesiasticum honorem qui ad senioratum de Mala Villa pertinet, tali scilicet modo ut, exceptis predictis monachis sanctæ Fidis, in toto æcclesiastico honore qui ad senioratum de Mala Villa pertinet nullus monachus neque clericus habeat licentiam aliquid adquirere. Quod si ultra hanc donationem et convenientiam aliquis homo facere voluerit, sciat se maximam injuriam Deo facere et sanctæ Fidi cujus rectum et justiciam vult injuste usurpare.

S. Duranti presbyteri. S. Petri Arnaldi monachi.

Ego Raimundus Odolricus hæc omnia supra scripta dono similiter sancto Salvatori et sanctæ Fidi, sicut dedit Raino frater meus, et ego Hugo de Roca dono similiter.

445. DE CAVANNIC.

1086, juillet.

In nomine Domini Ego Wido comes de Saltia gratia Dei, una cum consilio R. Linguonensium episcopi et clericorum ejus nec non et consilio nobilium virorum meorum, pro salute animæ meæ et omnium parentum meorum, dono locum illum qui dicitur Cavanni ad alodium, cum omnibus appenditiis, cum terris cultis et desertis, cum silvis et pratis, sancto Salvatori et sanctæ Fidi de Conchas et abbati Stephano et monachis presentibus et futuris de Conchas. Et habet terminum istud alodium usque Allais[1] de Homine Mortuo, et alius terminus est usque ad illam villam que dicitur Curtils, et alter terminus usque ad illum locum qui dicitur Longa Prata. Quiquid infra hos terminos visus sum habere vel quiquid laboraverint alieni homines qui ibi pro amore sancte Fidis habitare voluerint vel mei servi vel mei homines, terciam partem et decimum et omne servitium quod mihi debuerant facere, totum dono et derelinquo sancto Salvatori et sanctæ Fidi de Conchas, sicut superius scriptum est. Similiter dono alium locum qui dicitur Goies sancto Salvatori et sancte Fidi de Conchas et predicto abbati suisque successoribus, cum omnibus appenditiis, cum terris ad me pertinentibus cultis et desertis, pratis, silvis, et terciam partem decimi que pertinet ad me et omne servitium meorum hominum qui infra hos terminos habitaverint vel laboraverint; et nihil ad meum opus retineo, sed totum hoc, pro peccatis meis, dono sanctæ Fidi et habitatoribus de Conchas.

Facta carta ista anno ab incarnatione Domini millesimo octuagesimo sexto, in mense julio, indicione nona, feria VII, regnante Phylippo Francorum rege. — S. Gwidoni comitis qui cartam istam scribere vel affirmare rogavit. S. Stephani. S. Rainoni. S. Poncii. S. Galterii Olarii.

446. DE CHAVANENC.

Vers 1086.

R. Dei misericordia Linguonensis æcclesiæ presbyter religioso

1. Il faut peut-être lire *allam de Homine Mortuo*. *Alla* signifie *modus agri, campus*.

sanctæ Fidi abbati dilectiones in Domino. Quum, frater karissime, ordini nostro congruit viros seculares in eo quod necessarium est animæ karitative redarguere et ad ea quæ salutis suæ conveniunt in quantum valemus reducere, dignum duximus, si quid boni, Deo donante, faciunt, non tantum laudare sed de bene actis Deo gratias agendo congratulari et confirmare. Nos igitur elemosinam illam quam domnus Guido de Granceia in comitatu de Saltio æcclesiæ vestræ contulit, cum de nostro existat beneficio, consilio et consensu æcclesiæ Linguonensis, laudamus et litteris istis assensum testantibus corroboramus.

S. Amalrichi decani, Hugonis archidiaconi, Guirardi de Granceio. S. Rainerii de Notiantio. Stephano attestante archidiacono.

✓447. [DE CAVANNI.]

Vers 1086.

Domno et patri suo S. abbati frater W. devotas in Christo orationes. Testis mihi est Deus cui servio quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in meis orationibus. Desidero enim videre vos quum sepe proposui venire et prohibitus sum usque adhuc, ut aliquam per vos habeam consolationem quia tribulationes et tristiciæ super habundaverunt mihi, ut vix alicui patefacere queo. Nunc vero abbas Gerontius et abba Rodulfus invitant me ad suorum obedientiam aliquando blandiciis aliquando terroribus, nec sic valent vincere. Modo autem super hac re consulite salubriter et remanda sagaciter per Nivilonem sive per istum in capite jejunium quid agere debeam. Valete. Salutat vos domnus Wido comes cum suis, et donat monasterio sancti Salvatoris locum qui dicitur Cavanni cum suis appenditiis et alium locum similiter qui dicitur Goges cum suis appenditiis, et cum viderit aliquem a vobis missum donationem faciet kartulo coram episcopo et principibus terre.

448. DE SENGLANDA.

Av. 1031-1065.

In nomine Domini. Ego Raimundus et frater meus Hugo donamus illum nostrum mansum de Senglanda alodum et fevum et

medietatem de decimo totum in dominio sancto Salvatori et sancte Fidis et abati Odolricho propter sepulturam nostram; et donat censsum II multones cum aussos et IIII[x] denarios in augusto, et II solidos a kalendas.

449. DEL BOSC.

AV. 1031-1065.

Ego Arnaldus d'Abirag dono illos meos manssos lo Bosc el Martinex alodum et fevum sancto Salvatori et sancte Fidis et abbati Odolrico, propter animam meam, et fatio ibi me monacum, et propter animam huxoris mee et propter sepulturam nostram.

S. Hectoris monachi. S. Deusde. S. Hector.

450. ITEM.

1065-1087.

Ego Petrus Arnaldus dono unum meum manssum el Bosc in quo visus est manere Fretbertus, pro anima mea et pro sepultura mea, domino Deo et sancte Fidis et abbati Stephano.

S. Begoni. S. Hectori monachi. S. Deusde. S. Hugoni.

451. DEL POJETUM.

1065-1087.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Ego Stephana huxor Frotardi de Conchis dono sancto Salvatori et sancte Fidis et abbati Stephano illum meum mansum del Pojetum, qui est e parroxia de Galganio, ubi visa est manere Marta, ad alode pro sepultura mea. Et donat censum : I multonem et I agnum et XII denarios en augusto, et XII a kalendas.

S. Frotardi. S. Ademari. S. Hugoni.

452. DE FIRMINO.

AV. 1031-1065.

Brevem de laxa quam fecit Hector de Audiz sanctæ Fidi. Inprimis laxo æcclesiam de Firmino, hoc quod ego ibi habeo et

homo de me, et mansum de Prunosa, et illum mansum quem Gaucelmus tenet, et vineas et terram que Augerius tenet de Roca, et mansum de Ermainal, et duos mansos de Blanzac, et hic ipsum mansum de Merdelac, et comandam de manso quem Guodinus tenet, et comandam de Geraldo de Serra, et comandam de Bonimunt, et comandam del Vilar, et comandam de Segonzac, et mansum de Solavila, et mansum de Graisac, et commandam de Cormol, et comandam de Valiaverna, et laxo medietatem de bosco de Bornonesca, et totas comandas quas ego Hector habeo in alode sanctæ Fidis. Hoc totum suprascriptum ego Hector de Audiz dono domino Deo et sancto Salvatori de Conchas et sanctæ Fidi et Odolrico abbati et monachis qui modo sunt et venturi sunt in perpetuam. Quod si aliquis nepos meus aut propincus meus hanc elemosinam infrancxerit, non habeat partem in tota hereditate mea.

c 453.

Vers 1120.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod dominus Petrus Pampilonensis episcopus, volens proficisci Jherosolimam, ccc Moabitinos comisit B. Conchensi abbati. Major vero pars comissa est R. de Monte Jurato cuidam fratri, postea, veris indiciis, Moabitinos recuperavit. Raimundus autem pro salvetate fratri suo nomine W. partem sibi comissam comendavi, sed minime recuperavit. Quapropter dominus episcopus a domino papa Pascali utrosque excomunicare fecit. Verum et R. de monasterio exiit nec est reversus donec, per fideles quosdam amicos redditis inde XII unciis, ab eodem domino episcopo est absolutus. Hac de re in concilio Tolosano dominus W. successor ejus super abbatem questus est, et discussa causa nil culpe super ipso remansit. Postremo prefatus abbas, Pampilonam ad consecracionem veniens, iterum a domino presule S. et canonicis interpellatus est. Qui, reddita de singulis ratione, recognoverunt nil culpe super abbate remansisse, sed super ipsum qui fraudulenter detinet aurum. Hoc ideo memorie traditur ut in posterum prenominatus abbas innocens cognoscatur qui præ ceteris sui ordinis S. Pampilonensis ecclesie extat fidelis.

Hujus diffinitionis testes sunt : S. Pampilonensis episcopus cujus hoc signum †, et S. prior ejusdem ecclesie, Stephanus archidiaconus, B. operarius, Austorgius, W. La Censis, Rigaldus, Christophorus, W. de Gusquiza, Donatus elemosinarius, et omnes alii istorum inteporanei, postremo vero frater Aimericus.

c 454. DE TOLOSANA DIOCESI.

XI^e^-XII^e^ siècle.

Ecclesia beate Fidis de Tufac. Eclesia de Pardinas. Eclesia de Laudel. Eclesia de Clairac. Eclesia de Teuls. Eclesia de sancto Vincentio de Salat. Eclesia de Bernet. Eclesia de Quolas. Eclesia de Belveder. Eclesia de Julaic. Eclesia de sancta Columba. Eclesia de Pino. Eclesia de Cotaquava. Eclesia de Peirairol e des Salvetat. Eclesia de Cassegalater. Eclesia de sancto Marcialo. Eclesia de Cepet. Eclesia de Muntagut. Eclesia d'Erguol. Eclesia de Serraco. Eclesia de Rosolangas. Eclesia de Borno. Eclesia de Bondiguos. Eclesia de Tauriac. Eclesia de Juleto. Eclesia d'Agutnac [1].

455. DE MASCLE.

1060-1065, juin.

Loco sacro sancte Dei æcclesie Conchacensis monasterii qui est situs in pago Rutenico super alveum Dordonis, et est consecratus in honore domini et salvatoris nostri Dei, in quo beatissima virgo et martyr Fides requiescit. Idcirco ego Nichilfora et uxor mea Berengeria et infantes nostri cedimus et donamus villam nostram de Mascle sancto Salvatori et sancte Fidei de Conchas et abbati Odolrico et monachis ejusdem loci ; et est ipsa villa in pago Rutenico, in vicaria Laiciacensis ; donamus etiam hanc supradictam villam ad alode, pro animas nostras et parentum nostrorum et pro anima Hugonis comitis, hoc sunt X et VII mansi ; et donat unusquisque II sestarios de frumento. Et hoc

1. Une main postérieure a ajouté : « *de Afrain, de Mirapeis, ecclesia de Castelmauro.* » Au commencement du feuillet suivant, se lisent ces mots, qui ne se rattachent à rien : « *agnum et IIII denarios a mes.* »

dono in tali convenientia ut, si ullus homo de communia monachorum tulerit, veniat unus de plus propinquis meis et ponat quinque solidos Raimundencos super altare sancti Salvatoris de Conchas et teneat sibi; et si ego monacus esse voluero in Conchas, recipiant me cum hoc quod ego plus voluero adcrescere; et cum ego aut uxor mea mortui fuerimus, sepeliant nos ad ecclesiam sancte Fidei que vocatur Tribonum. Est enim hoc villa jamdicta in pignora per octuaginta solidos de Raimundencos, et redimant illum monachi, et habeant medietatem in dominio et nos similiter medietatem retinebimus. Donamus etiam convenientias quas habemus in ipsa villa de omnes homines, qui non possunt vendere vel inpignorare nisi nobis, ut monachi de Conchas habeant sibi istas conveniencias.

Facta carta in mense junio, feria II, regnante Philippo rege.

456. DE OBEDIENCIA DE TREBONS.

XI^e^-XII^e^ siècle.

De novem mansos et novem appendarias. Et exeunt : V modii rasi de tritico et quatuordecim porcos et sunt X unusquisque de octo denarios et quatuor sunt de duodecim denarios, et debent X moltones et X agnos, et debent III solidos de carregio et V solidos de vacaygue et a senaygue et II solidos et VIII denarios in ipse tritico.

457. DE BAINADES.

XI^e^-XII^e^ siècle.

En Cereis, I mansum, et donat censum IIII denarios et I gallina et quartum; en eis Cereis, I apendaria, et donat censum VIII denarios et II gallinas et II sestarios de civada; en eis Cereis, I capmas, et donat censum I denarium et I sestarium de civada. De Iga, I apendaria, et donat censum III denarios et I gallina et I sestarium de civada. De Broza, I mansum, et donat censum XI denarios a kalendas et V denarios a meisuns et quartum et decimum. In Favent, I capmas, et donat censum VI denarios et I sestarium de vino et I porcum de III denariis et II sestarios de

civada et quartum; in ipso Favento, I apendaria, et donat censum IIII denarios et II sestarios de civada et quartum. De Poiet, I mansum, et donat censum VIII denarios et II gallinas et I sestarium de civada et I moltonem et I agno. De la Cumba, I mansum, et donat censum IIII denarios et I moltonem et I agnum. Del Born, I mansum, et donat censum IIII denarios et I moltonem et I agnum. Girfres, I sestarium. Garner, I sestarium. De Bramaric, II sestarios. Del Poiet, I sestarium. Giral Peire, I sestarium. Del Cassan, I sestarium. Della Verna, I sestarium. Deusdet de Beissas, I mina. Del Peiro, I sestarium. De Broza, I sestarium. De Teirangas, I sestarium. Del Poissu, I sestarium. De Casellas, I sestarium. Del Erin, II sestarios. Giral del Peiru, I sestarium. De Meianas Maisons, I mansum, et exit censum I moltonem et I agnum et I porcum de VI denariis et II sestarios de sigile rasos et decimum de tercia parte de medietate. En Sumus, I mansum, et exit censum I moltonem et I agnum et I porcum de VI denariis. En Cazas, I capmas, et exit censum IIII denarios et quartum. Et tercia pars de ecclesia de Rossino. I capmas en Lastapias, et donat censum X denarios a kalendas et III denarios a messionem et quartum. Et II mansos en Cavailac, et donat censum unusquisque unum moltonem et I agnum et quatuor a meisos. Et II apendarias, I el Born, alia e Lascura, et inter ambas donat censum I moltonem et I agnum et IIII denarios per messionem.

✓458. CAVANNI.

Vers 1086.

In nomine Domini. Ego W. comes de Falcio Grandei, una cum consilio Linguonencium episcopi et clericorum ejus, pro salute anime mee et antecessores meos, dono locum illum qui dicitur Cavanni ad alodium, cum terris ad me pertinentibus cultis et desertis, cum silvis et pratis que hodie in dominio habeo, et nichil ad meum opus retineo, sed totum hoc pro salute anime mee et antecessores meos dono sancto Salvatori et sancte Fidis de Conchis et abbati Stephano et monachis præsentibus et futuris.

S. Widoni comitis. S. Stephani abbati. S. Rainoni. S. Poncii. S. Adalardi. S. Galterici. S. Albal...ci.

459. [DE PODIO.]

1087-1108.

Ego Willelmus de Monte Mirato totum illud quod querebam et amparabam in manso de Podio qui est in aice Montiniacense, totum guirpisco et derelinquo sancto Salvatori et sanctæ Fidi et Begoni abbati de Conchis et monachis qui ibi sunt et futuri sunt, et promitto ut nunquam amplius ibi aliquid requiram neque homo neque femina per me.

S. Willelmi qui hanc guerpicionem fecit. S. Raimundi Gerberti.

460. DE MOLINI PISCINI.

823. ~~٨٢٣١~~

Inclitus atque triumphator in solio sancto elevatus Lodohicus divina ordinante gratia imperator augustus, cum ipse potens Aquis placui in aula regalia omnia universaque lustraret et cunctorum audiendi causas peragraret rectaque judicia terminos poneret ad ejus regni consistendi forcia cuncta occurrerent, ibique veniens ex regione Aquitanie Anastasius abba ex monasterio Conchas loci sancti Salvatoris, petens et postulans quæ necessitate cenobii ad aures clementiæ nobilissimi regis, ut aliqua causa quæ juxta cellula sancti Salvatoris in pago Avernis est, in loco que dicitur Molini Piscini, mansellos illos qui sunt in ipsa valle de ratione sanctæ Mariæ Laudunense que Bertrandus dominicus vassus per regia potestate vel gubernatore sanctæ Mariæ in beneficio habebat; unde ipse dominus imperator peticionis ipsius abbati audiri non rennuit, sed in omnibus, sicut sua fuit peticio, excambiandi ita promisit ut fieret, et missum venerabilem virum Stabilem episcopum dedit ut inter Anastasium abbatem et Bertrannum concambiare et confirmare debuisset, quod ita et fecit. Dedit prius Bertrannus, jubente domino imperatore una cum ipso supra scripto missos, ipsos mansos in Molini Piscini de ratione sanctæ Mariæ partibus sancti Salvatoris Anastasio abbate per illa confinia : per roca Cervaria seu et per roca qui est super illa carraria et inde per fonte Castellana et per roca

que dicitur Dolivas usque ad Ellenionem et per Ellenionem usque ad illa roca Cervaria cum ipso molinario; et hæc omnia intra ista debonatione cum ceteris et ... pratis, silvis et pascuis, omnia et ex omnibus, totum et abintegrum cum omni supraposito, ipse Bertrannus cum ipso misso de partibus domini regis ipsius Anastasio abbate partibus ejusdem sancti Salvatoris Conchas monasterii tradiderunt vel consignaverunt. Et contra dedit Anastasius abba de ratione monasterii in ipso pago Arvernis partibus sanctæ Marie Laudunensi et Bertranno misso sanctæ Mariæ in villa Sonate vineas et terras hoc quod Leodbertus presbiter concessit et nos in ipso die visi fuimus possidere ab integrum; et in alio loco, in villa Anticiaco, vineas duas que Sigibertus presbyter concessit; et in alio loco, in villa Perariense, vinea quem Bego presbyter concessit, et alia quæ Abolenus concessit, et alia vinea quem Vitalis concessit; et in valle Ambianensi vineola una que Amalfredus abbas concessit. Hæc omnia superius conscripta ipse Anastasius abbas æcclesiæ sanctæ Mariæ Laudunense cum omni integritate Bertranno tradidit vel consignavit. Sic inter se dominus et piissimus rex confirmare et ordinare decrevit ut stabilem inviolabilem sine ullo inpedimento obtineant firmitatem.

Facta concambiaria ista in mense septimbri et anno decimo regni Lodohici gloriosissimi regis. — Stabilis indignus episcopus jubente domino Lodohici imperatoris signavit.

461. DE PRADAS.

1032-1059, octobre.

Locum sacrum qui est consecratus in honore domini nostri Jhesu Christi, ubi sancta Fides et sanctus Vincencius cumulati consistunt. Ego enim, in Dei nomine, Stephanus et uxor mea Ricardis et nepotes mei Berengarius, Hugo, Petrus et Oddo cedimus et donamus sancti Salvatoris de Concas et sancta Fide ad alodem illam æcclesiam nostram de Pradas quæ vocatur antiqua, cum mercatum et cum illos campos æcclesiasticos quos Nizecius visus est tenere, et cum pratos et ortos et illa medietate de totum fevum que Rainaldus presbyter tenet et serviet ad nos, hoc est sepulturam et babtisterium et penitenciam et offerencium. Omnia

hæc suprascripta donamus, post mortem Rainaldum presbiterum, sancti Salvatori et sancta Fides de Conchis et ad monachos ejusdem loci, pro animabus nostris et parentum nostrorum, in tali conveniencia ut, si ullus rectòr monasterii de communia monacorum tulerit, veniat unus de propinquis nostris et donet sancti Salvatori v solidos et abeat sibi, in tali conveniencia ut tres vices post hec ipsum alodem reddat, et si amplius tultum fuerit, sibi quietum teneat.

Facta carta ista in mense octobrio, sub die mercoris, regnante Heenrico rege. — S. Stephano et uxor sua Ricardis et Berengario et Ugoni et Petroni et Oddo qui carta ista scribere vel firmare rogaverunt. S. Raimundi. S. Bernardo. S. Bertrando. S. Petroni. S. Berengario.

462. ÆCCLESIAM DE NOVA VILLA.

1061-1108, juillet.

Ego Poncius filius Deusdet et uxor mea Guideneldis et infantes nostri donamus sancto Salvatori de Conchas et sanctæ Fidei virgini, pro animas nostras et parentum nostrorum, illam meam æcclesiam de Nova Villa cum ipso alode, sicut termini signati sunt cum crucibus, hoc sunt terras et ortos cum pratis et omnes mansiones quæ in ipsa villa factæ fuerint et justitiam et vicariam de ipso loco et totum censum et sepulturam et offerentiam et phevum presbiteri, in tali convenientia ut de omnibus hominibus qui de sua parrochia fuerint habeant duas partes sepulturæ filii Poncii, et de illis qui deforis parrochia venerint, tota sepultura sit sanctæ Fidei et ad monachos; et dono ad ipsos monachos receptum de presbitero cum decem caballarios ad kalendas, et accipiat sacerdos phevum de æcclesia de manu abbatis, sicut inter se concordaverint; et dono illum boscum de Gipoloncello, sicut termini ostendunt, quos Geraldus presbiter monstravit; et dono similiter illum gurgum qui est subtus æcclesia sancti Johannis. Hoc dono et cedo et dimitto in hora mortis meæ, pro anima mea et parentum meorum et pro sepultura mea, ut post hac die monachi de Conchas habeant, teneant et possideant sine ullo contradicente, in tali convenientia ut, si ullus abbas

aut rector monasterii de Conchas de communia monachorum injuste tulerit, veniat unus de propinquis consanguineis meis et donet sex denarios super altare sancte Fidei et teneat hoc quod tultum fuerit.

Facta carta in mense julio, feria v, regnante Philippo rege Francorum. — S. Poncii qui cartam istam scribere et firmare rogavit. S. Begonis. S. Deusdet. S. Poncii. S. Petri. S. Bernardi. S. Deusdet Hectoris. S. Ugonis. S. Petri. S. Deusde. — Ugo scripsit.

463. ITEM DE NOVA VILLA.

1087-1108, [illegible].

Ego Deusdet filius Poncii dono sancto Salvatori de Conchis et sancte Fidi et abbati Begoni et monachis, pro redemptione anime mee et omnium parentum meorum, illam meam æcclesiam de Nova Villa cum ipso alode, sicut termini signati sunt cum crucibus, hoc sunt terras et ortos cum pratis et omnes mansiones quæ in ipsa villa facta fuerint et justiciam et vicariam de ipso loco et totum censum et sepulturam et offerentiam et phevum presbiterale ; et dono illum boscum de Gipoloncello, sicut termini ostendunt, et gurgum qui est subtus æcclesiam sancti Johannis. Hoc totum supra scriptum ego Deusdet de Combred filius Poncii dono et dimitto et nullum censum neque servicium ibi retineo, sed post hanc diem monachi de Conchas habeant, teneant et possideant integerrime sino ullo contradicente.

Scripta carta ista in mense madio, feria VI, regnante Philippo rege Francorum. — Signum : Deusdet qui cartam istam firmare rogavit. S. Hectoris de Auzidz. S. Ademari de Noacella. S. Geraldi Petri de Argiag. — Petrus scripsit.

464. DE BORNO.

1096-1105, septembre.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Hato Hisnardus dono domino Deo et sancto Salvatori de Conchis et beate Fidi compram que ego feci de Matthæo Geraldo et Pontio de Ceped de alodio

de Borno per opus sancte Fidis ego retinuit, et sicut ego retinui in opus sancte Fidis ita donamus ego et Geraldus de Ceped totum et abintegrum domino Deo et sanco Salvatori et beate Fidi et abbati Begoni et monachis qui nunc sunt et venturi sunt in perpetuum possidendum, una cum consensu et consilio Isarni Tolosensis episcopi et Bertrando comitis ejusdem civitatis. Et si aliquis heredum nostrorum han donationem infringere voluerit, hoc non valeat facere, set insuper omnipotentis Dei incurrat et sit anatema cum Juda traditore, sitque privatus et exeredatus de omni honore nostro.

Facta donatio ista in mense septimbrio, feria VII, regnante Philipo rege. — Signum Isarni episcopi. Sig†num Bertrandi comitis. S. Hatonis. S. Ademaro de Varenas. S. Ponczio Ramo. Signum Ato Johanni. S. Petri Faber, et Martini, et Bernardi Amelii.

465. DE MONTE SANCTO JOHANNI.

1087-1105, mai.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Oddo et Bernardus et Willelmus et Poncius filii Raimundo Oddo et uxor ejus Lucia et nepotes eorum Raimundus et Bertrandus damus domino Deo et sancto Salvatori de Conchis et beatæ Fidis æcclesiam nostram quæ olim constructa fuit in alodio nostro de Monte Sancto Johanni que modo reedificatur a monachis Conchacensibus in honore sancti Johannis et sancte Fidis virginis martyris : de fonte Granario per convallem fluvii usque ad crucem que est ad Capud de Duusso, et de illa cruce usque in alia que est juxta via publica et usque marticam Stephano Canallario et usque in ecclesiastico et descendit usque in fluvio que supra scripsimus. Similiter etiam donamus porcis monachorum pascua in silvis nostris. Ecclesiam supra scriptam vel alodium totum et integrum, sicut nos habemus et possidemus, damus domino Deo et sancto Salvatori et beate Fidi et abbati Begoni et monachis qui nunc sunt et venturi sunt in perpetuum possidendam, una cum consensu et consilio Ysarni Tolosensis episcopi et Bertrando comitis ejusdem civitatis. Et si aliquis heredum nostrorum hanc dona-

tionem infrangere voluerit, hoc non valeat facere, set insuper omnipotentis Dei iram incurrat et sit anathema cum Juda traditore sitque privatus et exeredatus de omni honore nostro.

Facta donatio ista in mense maio, feria v, regnante Philippo rege. — Signum Ysarni episcopi. Signum Bertrandi comitis. Signum Oddo et fratres ejus et mater eorum et nepotes eorum.

466. BARBASTA.

1100-1104.

Preceptum domini nostri Jhesu Christi Nazareni est : date et dabitur vobis, date bona vestra terrestria ut mereamini adquirere bona celestia. Hoc Domini precepto ductus, ego Petrus Dei gratia rex Aragonensium et Pampilonensium, pro salute et remedio anime meæ et bone memorie patris mei regis Sancii et matris mee ceterorumque parentum meorum necnon pro in colomitate et augmentatione regni nostri tociusque nostre posteritatis, dono et concedo sancto Salvatori et sancte Fidi gloriose virgini de Conchis et abbati Begoni monachisque tam presentibus quam futuris ejusdem loci majorem et meliorem unam mezchitam que sit in Barbastro ad construendum ibi monasterium, excepta illa de sede episcopali. Dono etiam ad presens illam almuniam del Bentepiello cum omnibus terminis et adjacentiis suis, sicut habebat et possidebat die qua ego cepi fabricare illum meum castellum.

467. DE ECCLESIA TAGANAMENT.

1099, octobre.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Fulco Dei gratia Barchinonensis episcopus et vicecomes Gardone, pro remedio anime mee patris matrisque nec non Hermensendis vice comitisse cognate meæ atque Bernardi Amati vice comitis nepotis mei fratrumque suorum ceterorumque parentum meorum tam vivorum quam defunctorum, dono Deo et sanctæ Fidi de Conchis necnon Begoni abbati monachisque tam præsentibus quam futuris ejusdem loci ecclesiam meam de castro quod vocatur Ta-

ganament, eo quod ad presens per simoniam male erat ordinata, que mihi contigit tum pro hereditate parentum meorum, tum pro clericatu quam gratias Deo assumpsi. Hoc autem facio cum omnibus terminis suis et ecclesiasticis rebus ad se jure pertinentibus quas umquam habuit ipsa ecclesia vel habere debet aut in futurum Deo auctore adquisierit, quatenus sub prioratu semper abbatis sanctæ Fidis fiat ibi habitacio monachorum secundum possibilitatem loci, qui pro me et pro omni progenie mea implorent jugiter misericordiam Domini. Sit itaque hoc donum manendo sic perpetua stabilitate firmum ut numquam aliis in posterum de progenie nostra hoc donum infringat vel conturbet, sed semper Deo et sanctæ Fidi omnes successores nostræ prosapiæ tenere et possidere quiete faciant, quatenus partem in regno celorum habeant. Si quis vero hujus nostræ donationis in futurum tenere violator extiterit et admonitus emendare contempserit, se incurrere iram Dei et innodandum vinculis perpetui anathematis sine dubio noverit. Est autem hec ecclesia in episcopatu Ausonensi sursum in cacumine predicti castri posita in confinibus Barchinone et ipsius Ausone nec non fere et Gerunde.

Facta donatione ista apud Gardonam, in ecclesia sancti Vincentii in presentia domni Poncii Rotensis episcopi atque Bonifacii sanctæ Fidis monachi qui hoc donum acquisierunt et acceperunt coram priore et canonicis ejusdem loci, anno ab incarnatione Domini millesimo xc viii, regnante Philippo rege Francorum, mense octobri, feria v, in crastinum post festivitatem sanctæ Fidis. — S. Fulconis episcopi qui hanc donacionem fecit. S. Poncii episcopi et Bonaficii monachi. S. Petri abbatis Agarensis. S. Geraldi prioris. S. Bertrandi et Willelmi canonicorum. — Ego Bernardus Toletane sedis archiepiscopus et sanctæ romane æcclesiæ legatus hanc cartam donationis confirmo.

468.

xi^e^-xii^e^ siècle.

In Christi nomine. Ego Hector de Monte Mirato dono sancto Salvatori necnon et sanctæ Fidi de Conchis in mansum de Cruce, ubi Stephanus visus est manere, iii sestarios de segel et viii guar-

bas et I guallinam et terciam partem de vesticione, et in alium mansum de Perols similiter IIII sestarios de segel et VIII guarbas et I guallinam et terciam partem de vesticione, et medietatem decimi de Felli, et terram dal Persi, et IIII porcos in Landa et casalem quod est juxta caminatam, pro me et filio meo Guarino. Quod si aliquis ex parentibus meis aliquam injuriam fecerit, maledictus et excommunicatus sit et non habeat partem in hereditatem meam.

469. ÆCCLESIAM DE PRIS.

1100.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Ego Petrus Virgilius et frater meus Raimundus donamus sancto Salvatori et sanctæ Fidei de Conchis et abbati Begoni et monachis presentibus et futuris de Conchis æcclesiam sancti Martini quæ dicitur Priscus, fevum presbiterale et decimum quod pertinet ad ecclesiam, sicut ego et frater meus demonstravimus abbati et monachis; donamus similiter mansum de Roqueta, excepto beneficio de vineis, et de ipsis vineis quartum et decimum donamus, et mansum della Vila ubi Ængelbertus visus est manere donamus similiter; et mansum de Cairode ubi Guitbertus visus est manere similiter donamus, excepta conveniencia de censo alodario; et donamus similiter illas terras æcclesiasticas quas presbiter tenuit de me et de meis fratribus; et donamus similiter loguales juxta æcclesiam ubi mansiones et claustrum monachi faciant. Hanc donationem facimus pro redemptione animæ patris nostri et matris nostræ et omnium parentum nostrorum, et pro hac donatione accepimus ab abbate et monachis quadringentos solidos Mercoriensis monete; et fecerunt nobis convenienciam abbas et monachi ut istum honorem non possint vendere neque inpignorare nisi michi et fratri meo et filiis ejus.

Scripta carta ista anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo, feria VII, regnante Philippo rege Francorum. — Signum Petri Virgilii et fratris ejus qui hanc donationem fecerunt. S. Virgilii nepotis eorum. S. Gerberti vice comitis. S. Bernardi. S. Bertrandi. S. Raimundi Willelmi. S. Bernardi Malas Herbas.

470. DE COLUMBERS.

1101.

Adgia comitissa Willelmi regis Anglorum et Matildis regine filia omnibus Dei fidelibus in Christo salutem. Anno ab incarnacione Domini M C primo, dissensio, que inter Resbacenses et sancte Fidis Conchensis æcclesie monachos, pro æcclesia Columbariensi diu fuerat ventilata, ad unguem, divina gratia adjutrice, perducta est. Universis itaque Christi sanctæque et matris æcclesiæ filiis et dissensionem et dissensionis originem tractatus subsequens intimabit. Teobaldus comes, Odonis comitis filius, prefatam Columbariensem æcclesiam æcclesie sanctæ Fidis Conchensis, divina gratia inspirante, concessit; ad cujus concessionis confirmationem calicem argenteum per quem donum quod Conchensi æcclesiæ fecerat confirmaret proprios nuncios destinavit. Volens etiam memoratus comes donum quod fecerat inconcussum et irrefragabile permanere, Concensem æcclesiam devotus visitans, et propria sua persone presencia et cifo aureo per quem donum Columbariensis æcclesie quod absens Concensi concesserat testaretur, suorum multis presentibus et hujus doni testimonium perhibentibus et ipsius Conchensis cenobii multis tam monachis quam alterius professionis astantibus, secundo se fecisse testatus est. Mirandum valde et a constanciæ racione vehementer extraneum, predictus comes reversus ad propria, mutato animo, mutavit et donum; æcclesiam Columbariensem quam premissis inditiis Conchensi æcclesie dederat, ira rationem suffocante, subtraxit. Hanc ergo Resbacensis æcclesiæ monachi, non, ut dicitur, absque heresis simoniacæ contagio nec per hostium sed ascendendo potius, annuente prenominato comite, subintrarent. Quid plura, hoc pacto Concenses monachi sic suæ æcclesiæ sibique concessam argumentis prenotatis ecclesiam perdiderunt, quam, quod dictum nefas est, Resbacenses modis quos prescripsimus acceperunt. Diu itaque Concensibus monachis reclamantibus et Resbacencibus in hujusce modi usurpatione manentibus, res est in plerisque conciliis et apud Lugdunensem archiepiscopum Romane sedis legatum aliquandiu ventilata, sed tamen, vivente Teobaldo comite, nullatenus diffinita. Pluribus quoque annorum decursi-

bus post Teobaldi comitis obitum, sub domino meo Henrico ejus successore et filio et me ejus uxore Adela comitissa, Willelmi regis Anglorum et Matildis regine filia, res extitit indiscussa. Eo itaque anno quo predictus dominus meus comes Henricus, iturum se Jerosolimam, adjunctis cum plurimis episcopis, Laudunensi, Suessioni, Parisiensi, comitibus quoque et nonullis baronibus, decrevisset, mihi injunxit ut inter Concenses et Resbacenses monachos causam tractari preciperem et eorum dissensioni supremam manum inponerem. Statuto ergo die, abbas Resbacensis cum suis monachis ac conplicibus et ille frater Arnaldus nomine, quem Concensis æcclesia miserat ante me in causam, vocati conveniunt, episcopis Waltero scilicet Meldensi et Milone Trecensi Arnulfo quoque Latiniaci abbati præsentibus, ex Arnaldi reclamatione et Resbacensium narratione, a memoratis episcopis et abbate meisque et ipsorum episcoporum clericis est extorta sentencia. Que ante me perlata et in medium constituta, abbatem Resbacensem et ejus monachos injuste Columbariensem æcclesiam tenuisse et reos invasionis inconcussa veritate convincit, sicque Concensibus monachis æcclesiam Columbariensem judicii vigore et canonica auctoritate restituit, v itaque kalendas februarii, ante me taliter data sentencia Resbacenses expulit et Conchenses in jus proprium introduxit. Ut autem et hujus negocii modis quos prædiximus diffiniti memoria stabilis valeat permanere, tam eorum qui audiere quam eorum qui dedere sententiam nomina esse subnectenda decrevimus: Galterius Meldensis episcopus, Milo Trecensis episcopus, Arnulfus abbas Latiniaci, Guicerius prior Coxiaci, Mannasses archidiaconus, Raginaldus comitisse capellanus, Raginaldus filius Milonis de Braio, Oddo precentor Trecensis æcclesiæ, Ansellus, et hii Trecenses, Meldenses duo clerici, Walterus et Gislebertus, Durantus quoque et Rogerius Adele comitisse clerici, et Bernardus et presbyter, et hii omnes clerici; barones : Hugo Flavus, Gualcerius de Feritate, Albertus de Monte Mauri, Arnerius Maingot, Hugo de Dangione, Rodbertus de Turri filius Agenonis, Oddo de Darnestallo, et Bartolomeus, Albertus de Latiniaco, Guandelbertus de Trecis, Teolfus de Chastello Teodorici, Adam de Cruce, Gervasius de Monte sanctæ Mariæ, milites; Burdinus de Alturre, et Heldierus frater

ejus, Hugo panetarius et Goisbertus frater ejus, Petrus de Latiniaco, Lambertus Columbariensis prepositus, Berneredus frater abbatis Resbacensis, Berneredus de Monte Englealdi, Rosco decanus, Gallerius telonearius, Radulfus cellerarius, Radulfus filius Albuini, Gelaldus de Turri, servientes dominæ, Walterius de Castriduno, Serlo, Rollandus, Henricus hostiarius, multi quoque alii tam militum quam aliorum quos enumerare perlongum est.

Signum Adele comitisse. Signum filii ejus Tedbaldi. — Rotgerius, clericus regis Anglorum, scripsit cartam istam.

Ego igitur Radulfus filius Alboini castri Colummari et uxor mea concedo domino Deo et beatissimæ Fidi virgini Concensi et abbati Begoni et congregationi ejus mansum Ledbergine, et totam terram quæ sita est supra viam novi molendini quæ mihi videtur habere, et de molendino novo totam rentam que ab eo exit a die festivitatis beati Andreæ usque ad nativitatem, tam pisces quam alias res et duo aripenda pratorum et dimidium in campo Bardulfi.

471. DE DECIMO IN EREMO QUAM DEDIT STEPHANA DE SAUNAS.

1065-1087.

Ego Stephana de Sainas et filius meus Rigaldus donamus domino Deo et sancto Salvatori et sanctæ Fidi et abbati Stephano et monachis tam præsentibus quam futuris illam partem nostram de decimo quam habemus in Eremo propter indumentum et sepulturam.

Signum Rigaldi capellani. Signum Petri Rosati. Signum Deusde de Coderg. — Raino prior scripsit.

472. RONSASVALZ.

1100-1114.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Sancius comes de Erro, pro salute et redempcione animæ meæ, patris et matris et uxoris mee et omnium parentum meorum, dono Deo et sancte

Fidi gloriose virgini de Conchis ecclesiam et elemosinariam de Ronzasvalz et furnum et molendinum, et illam meam hereditatem totam quam habeo in Murello, et illam similiter quam habeo in Waldo cum omnibus terminis et adjacenciis suis, et illam meam vineam de Janeriz. Dono etiam ibi ad servicium monachorum et pauperum duos covillos de vaccas. Et post mortem meam dono et ab integro totam ipsam villam de Ronzasvalz Deo et sancte Fidi cum omnibus terminis et adjacenciis suis, pro redemptione animæ meæ et omnium parentorum meorum. Hoc autem facio cum auctoritate domni Petri Pampilonensis episcopi et clericorum suorum, in presencia domni Poncii Barbastrensis episcopi qui hoc acaptavit ad opus sancte Fidis et monachorum et pauperum.

Signum domni Sancii comitis qui hanc cartam fieri jussit. S. domni Poncii episcopi.

473. DE LICAIRACH.

1087-1107.

In nomine Domini. Ego Raimundus quem vocant Ferrachan et uxor mea Garsendis et filius noster Petrus atque consobrini mei Guillelmus, Ademarus, Bernardus, Petrus, nos omnes simul in unum, derelinquimus Deo et sanctæ Fidi atque illius domno abbati Bego, ad monachis illis presentibus et futuris ipsam æccle-siam de Lichairaco et ipsam æcclesiam de Casals, hoc est ipsum preveiril cum medietate de decimis et ipsas totas primicias atque ipsa cymiteria et ipsas oblationes et terras atque vineas quæ de ipsius preveirils sunt. In alia vero medietatem de decimis guarpimus atque derelinquimus tres partes Deo et sanctæ Fidi; quartam vero partem de ista medietate retinemus. Similiter quoque in ipsa villa de Lichairaco et in suos terminos et in ipsa villa de Chasals atque in suos terminos de ipso honore, quem ibi Petrus Aimonis filiusque ejus Poncius, sanctæ Fidis monachus, habuerunt et tenuerunt de alodio ac de fevo, retinemus nos prescripti guarpitores ipsam quartam partem, ego etiam partem Petrus Raimundi et ego Ademarus atque Guillelmus et Bernardus retinemus duas partes in ipsa quarta parte de servicio presbyterali, ego vero Ferrachan relinquo sanctæ Fidi ipsam meam partem de

servicio presbyteri. Similiter nos jam dicti guarpitores retinemus quartam partem de ipsis justiciis et placitis quæ ibi advenient et exibunt, exceptis ipsis meis hominibus; set et ipsi mei homines quicquam mali sanctæ Fidi et suis hominibus fecerint unde justicia exeat, habeat sancta Fides et sui monachi partem de ipsa sicut et de ceteris hominibus honoris jam dicti. Sicut superius scriptum est, sic laudamus atque firmamus Deo et beate Fidi suisque monachis, sine ulla deceptione et sine fraude, sicque ista karta firma et stabilis permaneat omni tempore.

Que facta est XI kalendas julii, VII feria, regnante Philippo. — S. Ferrachan et uxoris meæ atque filii nostri Petri et meorum consobrinorum præscriptorum qui sic istam cartam firmavimus. S. Willelmi Poncii Carcasone vicarii. S. Udalgerii de Cavanaco. S. Raimundi Arnaldi de Cavanaco. — Osmundus scripsit hoc die annoque premisso, jussu Ferrachan presente, in ecclesia sancti Michaelis Carcasone.

474. [DE ECCLESIA SANCTI CYPRIANI.]

1065-1087, janvier.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Ego Bernardus Iratus et uxor mea Gibilina et omnes filii nostri, recognoscentes drictum quem habebat sanctus Salvator et sancta Fides de Conchis in æcclesia sancti Cipriani, dimittimus et donamus quicquid habemus vel aliquis homo vel femina habet de nobis in ipsa æcclesia sancti Cyprïani et sancti Johannis et sancti Amancii vel in æcclesiastico honore. Hoc totum donamus sancto Salvatori et sancte Fidi et abbati Stephano et monachis de Conchis tam presentibus quam futuris. Si vero, inmutata voluntate, nos aut aliqui parentum nostrorum hoc donum usurpare aut calumpniare presumpserimus, nulla sit licencia, set insuper quod lex jubet faciamus et honorem monachis sancte Fidis, sicut supra scriptum est, quiete tenere faciamus.

Scripta carta ista in mense januario, feria III, regnante Philippo rege Francorum. — S. Bernardi. Sg. Deusdet. Signum Huguonis. S. Hectoris. S. Deusdet.

475. DE BAINS.

1105.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Poncius vice comes et uxor mea Elisabeth et Armannus meus filius, cum consilio et auctoritate domni Poncii episcopi et Poncii Mauricii abbatis, pro redemptione meæ animæ et parentum meorum, dono ecclesiam de Bains cum sepultura et decima et offerentiam sancto Salvatori et sancte Fidei et domino abbati Begoni atque monachis Deo servientibus in monasterio Conquas presentibus et futuris; ideo ut si omnipotens Deus et sancta Fides michi vel filiis meis voluntatem efficiendi monachum dederit, abbas et monachi qui tunc ibi erunt me vel filios meos cum melioratione quam eis vellem facere accipere debent.

Facta carta ista anno millesimo centesimo quinto ab incarnatione Domini, in mense decembri, feria VI, luna XXVIII, regnante Philippo rege Francorum. — S. Willelmi delz Tornz. S. Petri Radulfi. S. Petri Petuna. S. Adalardi. S. Geraldi sacriste. — Geraldus scripsit in Podio sanctæ Mariæ.

476. [DE ECCLESIA DE SANCTO FELICE.]

1087-1107, juillet.

Ego Hector de Panato et uxor mea Eustorgia et filii mei Geraldus et Walterius donamus sancto Salvatori et sancte Fidei de Conchis et abbati Begoni et monachis præsentibus et futuris de Conchis quartam partem de ecclesia de sancto Felice, de fevo presbiterali de hoc quod unquam aliquis presbyter visus est tenere, sine ulla retensione. Hoc totum, sicut superius scriptum est, firmamus et donamus sancto Salvatori et sancte Fidei et abbati Begoni et monachis de Conchis.

Scripta carta ista mense julio, die dominico, regnante Filipo rege Francorum. — S. Hectoris de Panato. S. Geraldi Rodoardi. S. Bernardi Deusdet. S. Nodembel. S. Bernardi de Cerveira.

477. [DE CONCHIS.]

XI^e-XII^e siècle.

In Dei nomine. Ego Hector et Willelmus et alii fratres nostri cum matre nostra Aldenois damus Deo et sanctæ Fidi et abbati B. monachisque tam presentibus quam futuris illam nostram domum de Conchas, cum omni pertinentia sua, tali modo ut Raimundus frater noster fiat monachus, pro salute animæ patris nostri et omnium parentum nostrorum.

S. Hugoni de Conchis. S. Bertrandi Ricardi. S. Johannis prioris. S. Geraldi sacriste. S. Petri cellarii.

C 478.

XI^e-XII^e siècle.

Breve de comunia sancti Salvatoris de Concas. In primis in Campanico, mansos XII cum ipsas apendarias. A Galiaco, III. A Meliaco, V. A Longo Capo, III. Ad Alboscarios, I. A Falgarias, I. Ad Ogis, III. A Vernedo, IIII. A Sancto Marcello, III. A Nocio, IIII cum ipsas vineas vel cum boscos. A Mejana Serra, mansos III cum ipsas vineas. A Pomario, III cum vineas et cum boscos. A Velavia, VI cum vineas et cum boscos et cum apendarias dominicas. Mansos duos ad illo Porto. Prato uno in Taulam. A Glariosa, IIII cum vineas. Caput mansio in Solergas cum ipsas vineas. Vinobre de Fracxinnas. Pistoria a Campo Audulfo cum caput mansio et cum ipsas plantadas. Illa Cabrilxe tota cum ipsas vineas. Caput mansios alla Roca cum ipsas vineas. Caput mansio a Castello Merlo cum ipsas vineas. Caput mansio Ingelfredo cum ipsas vineas. Caput mansio Aldefredo cum ipsas vineas. Burgo de Concas cum ipso mercado vel cum ipsas vineas quantum ibi aspicit. Sanias, mansos III cum vineas vel quantum ibi aspicit. Illo manso de Serniaco que Adalgarius tenet cum ipsas vineas; caput mansio in ipso loco que Geraldus tenet cum ipsas vineas. In Campaniaco, mansos II cum vineas vel cum boscos vel quantum ibi aspicit. Casmaro, manso I cum vineas vel cum boscos. Vennago, mansos IIII quantum ibi aspicit. Cabri Spina, mansos II cum vineas vel cum boscos que Geraldus tenet. Al Ugo, caput

manso I. A Selgas, mansos III cum ipsas vìneas. A Glaciago, mansos X cum vineas vel cum boscos quantum ibi aspicit. A Monte Retundo, caput mansio cum ipsas vineas. A Faisago, alio cum ipsas vineas. In Daviangas, caput mansios II cum ipsas vineas. A la Brocia, manso I. A Pudicio, manso cum vineas. A Palladredo, I cum vinea. In Grande Sania, cum ipsas vineas. A la Sera, I cum ipsas vineas. In Rotinacense, mansos XX cum caput mansos vel cum boscos quantum ibi aspicit. In Selvaniaco, mansos VII quantum ibi aspicit. In Condadeso, ecclesia Quarciangas cum mansos XIIII, cum vineas quantum ibi aspicit. A Bellomonte, æcclesia cum mansos XIIII vel cum bacallarias. En Corezia, mansos VII quantum ibi aspicit. A Dadiliago, mansos II. A Claviangas, manso I que Geraldus tenet, manso I que Bernardus ibi dimisit filius Rainaldo, mansos II que Bernardus tenet que prepositus illi donavit, mansos II que Lautardus ibi dimisit. Clauxnago cum ecclesia vel quantum Agelenus dimisit sancti Salvatoris vel sancta Fide a Concas. Færrarias totas, quantum ibi aspicit, exceptis hoc que Ugoni donavit. Cella de Pris, quantum ibi aspicit que communia fuit. Cella de Molino Peezinio, quantum ibi aspicit. Villa de Oliado, quantum ibi aspicit. Petra Ficata, quantum ibi aspicit. Barro et Barreto, quantum ibi aspicit ad porta pauperore mansos XI et dimidio cum ipsas vineas et caput mansio uno cum ipso prato. In Taulam, ad portam seniorem mansos VIIII cum vineas vel quantum ibi aspicit.

479. SANCTUS CHRISTOFORUS ET SANCTUS MAURICIUS DE YBIA.

Vers 1106.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Leodgarius, æcclesiæ Vivariensis servus, et totus ejusdem æcclesiæ canonicorum conventus donamus æcclesiam sancti Cristofori et sancti Mauricii Begoni abbati sancti Salvatoris et sanctæ Fidis de Conchis et fratribus inibi Deo servientibus tam præsentibus quam futuris ut habeant et perpetuo libere possideant. Et ut hoc donum firmum maneat, testes subscribere curavimus, hoc scilicet : Giraldus de Grana, Gencionem, Dalmacium, Poncium Dalm..., hi

quatuor predicti sunt canonici; hi vero sequentes laici : Willelmus Aldegerius et Armannus filius ejus, Aldegerius Petrus, Guillelmus Granetus. Si quis hanc donationem infringere presumpserit, non consequatur quod temptaverit iramque Dei incurrat omnipotentis, anathema factus maranata, nisi ad dignam veniat satisfactionem, amen.

480. DE ALANS.

xi^e^-xii^e^ siècle.

Breve quod fecit facere Deda, pro anima sua et parentum suorum. Laxat ecclesia de Alans, cum ipso ecclesiastico manso et mediam curtem de Alans, cum boscos, cum vineas, cum pratis et medium fevum quem tenent infantes Saxeti de Aldegarii; in tali vero racione, si infantem legitimum de uxore non abuerint; et medium mansum quem Aimericus tenet a fevo et vineam que pertinet ad mansum. Hæc omnia suprascripta laxat sancte Fidi de Concas, pro amore Dei et omnibus sanctis et pro anima Stephano patre suo, Ricardis matris sue et pro anima Amelio et Bernardo et Rodberto et Matfredo filio suo et pro animabus infantum suorum. Si quis tollere voluerit ad sanctos quibus illa laxat in ira Dei incurrat.

Istud breve fuit factum in mense septembris. —S. Bernardo. S. Rotbert. S. Geraldo.

481. DE MARE STANGNO.

1108.

In Dei nomine. Ego Gaucelmus et fratres mei Arnaldus Catiarmati, Achelmus Willelmi, Gonbaldus quoque Rotberti, coram principibus castri nostri, ducti amore Dei et precibus domni Galterii, donamus sancto Salvatori et beatæ Fidi gloriosæ virgini de Conchis atque Begoni abbati monachisque ejusdem loci tam presentibus quam futuris, pro redemptione etiam animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum, illum locum qui vocatur Mansirot situm inter mare et stagnum, quantum ad nos pertinet et generationem nostram, integre et ingenue in perpe-

tuum possidendum. Hoc autem facimus ad salvetatem et monasterium sub honore Dei et beatæ Fidis ibi construendum et ad cunillos etiam per forestem nutriendos, sicuti cruces inposite designant per circuitum. Extra quoque hunc terminum damus prædicto loco omnem terram arabilem que in tota illa foreste inveniri bona et poterit ad laborandum et cetera que inde necessaria fuerint ad usus fratrum ibi Deo servientium, concedentes etiam pascua porcorum ingenue et vaccas a paduir per forestem tam in estate quam in hieme. De venis quoque piscatoriis, cum facte fuerint, ingenue concedimus terciam partem ad ipsam beatæ Fidis salvetatem quam secundum loci situm placuit appellari Marestagnum. Post discessum vero domni Galterii, prior prefati loci de ipsa beatæ Fidis congreggatione, vir religiosus et timens Deum eligatur, nec facile aliquando dejiciatur, nisi forte, quod absit, viciosus repertus fuerit, et sic clarescentibus culpis ejecto, alius qui dignus sit subrogetur.

Ego gratia Dei A. Burdegalensis archiepiscopus cum consilio et auctoritate clericorum meorum supradictum omnem donationem laudo et confirmo et in quantum pertinet ad ipsam beatæ Fidis salvetatem, salva reverentia nostræ sedis, concedo ingenue omne jus et debitum ecclesiasticum perpetuo inibi conservandum.

Ego W. dux Aquitaniæ, ductus precibus domni P. venerabilis Pampilonensis episcopi seu domni Galterii servi Dei, hanc cartam donationis laudo et confirmo et quicquid deinceps ab aliquo in terra mea ad ipsam beatæ Fidis salvetatem datum fuerit ingenue concedo, dono securitatem semper et ingenuitatem per totam terram meam coram principibus patriæ rebus omnibus que ad ipsam jam prenominatam salvetatem pertinent.

Facta carta donationis anno ab incarnatione domini MCVIII, in festivitate beati Andreæ, coram principibus patriæ, regnante Philippo rege Francorum, ac domno P. episcopo præsidente Pampilonensi æcclesiæ et Conchensi monasterio, domno Begone abbate. — S. domni A. archiepiscopi. S. W. ducis et comitis. S. Hugonis de Laziniano. S. Arnaldi de Blancafort. S. W. Furt. S. Aimerici de Burg. S. Conbaldi archidiaconi. Fortis Gaucelmi archipresbyteri inter alios laudavit. S. Gaucelmi et fratrum ejus de Lasparra. S. Gonbaldi Rotberti. S. W. Helie. S. W. prepositi.

S. Rotlandi et fratrum ejus de Castello Novo. S. Guitardi de Burg. S. Petri de Burdegala. — Bonefacius, beate Fidis monachus, hanc donationis scripturam dictando subscripsit.

482. DE PLANCAS.

1110.

Cognitum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod dominus Dido de Andoca, offerens Deo et beatæ Fidi de Conchis unicum filium suum nomine Petrum, postea per Dei gratiam factum Pampilonensem episcopum, insuper etiam cum uxore sua domna Stephana monasticum suscipiens habitum, dedit sancto Salvatori et sancte Fidi gloriosæ virgini locum et ecclesiam de Plancas ad alodium, pro remedio animæ suæ et omnium parentum suorum in perpetuum possidendum. Quapropter ego Raimundus filius Vidiani, qui sum de pertinentia ipsius, dono Deo et sancte Fidi æcclesiam de Fornils cum fevo presbyterali et cum tota mea parte de decimis que ego tenebam in dominio, exceptis fevalibus. Hoc autem facio pro salute animæ meæ et omnium parentum meorum et pro amore senioris mei domni Petri Pampilonensis episcopi; et pro hac donatione debeo suscipi et procurari sine ulla occasione cum uxore mea et in morte et in vita in ipso loco de Plancas. Et hoc donum facio in manu domni Bonefacii abbatis coram Deo et omnibus fratribus.

S. Domni Petri Pampilonensis episcopi. S. Domni Amblardi monachi. S. Willelmi. S. Guidonis nepotis episcopi. S. Petri Hugonis. S. Raimundi Froterii. — Facta carta anno ab incarnatione Domini M C X, regnante Ludovico rege Francorum.

483. DE CAVANNICH.

XII^e siècle.

Notum sit præsentibus et futuris quod ego R. de Verri, cum consilio et assensu uxoris mee et filii mei Milonis, in præsentia domni J. abbatis Conchensis, pro salute anime mee et parentum meorum, dono et concedo in elemosina unum de tribus receptis quos habebam in domo de Chavannich pro decima carruce ipsius

domus cum tribus militibus et infra non amplius. Relinquo et decimatorem quem pro voluntate mea ponebam in decima de Chavannich et de Rore, et concedo ut ipse prior ponat decimatorem quem voluerit, sed non ponat aliquem hominem comitis; et tantum terre juxta ecclesiam de Rore ut prior domum et orreum et curtim possit edificare. Hujus rei testes sunt: Eblo prior de la Cestat et G. frater ejus et P. Calbini capellanus ipsius abbatis, D. prior, P. de Castellet, Hugo de Turci, Odo capellanus, Gillabertus Molineirus, Constantius Major, P. de Inter Aquis.

484. [DE VIRIDI FONTE ET VAVA.]

Vers 1090.

Notum sit omnibus fidelibus quia Hosfridus de Bello Monte cum uxore sua Gertrude et duobus filiis Hugone et Fulcone et fratre nomine Savaricus dederunt sancte Fidi, pro remedio animarum suarum et pro requie animarum militum suorum Girberti atque Gimoni interfectorum, locum qui Virida Fons dicitur, sicut aqua dividit que usque ad aliam aquam decurrit et a semitam que pertingit usque ad viam puplicam usque ad aquam superius prædictam; et insuper dedit silvam nomine Vavan ad edificia propria nobis et nostris sine empcione; et in Vava sit medietatem que sibi habere videtur quousque melioracionem loci videat in melius proficere necnon ubicumque pastionem porcorum scilicet in Vavasitexto et in aliis ubicumque sua potestas videtur percurrere. Et hoc datum est in manibus fratrum Arnaldi monachi atque Geraldi conversi qui levaciones facit choram his testibus : Milone, Ansirici, Walterius, Girardo, Rodulfo, Himberto, Widoni, Gausfrido. Custodes autem harum silvarum dederant Deo et sanctæ Fidi Rotbertus et Umbertus quod ad illos videbantur pertinere, videntibus et audientibus Rodulfo, Willelmo, Rodulfo filio Salva, Arberto filio Arberto, Girberto Berroers. Si quis autem de hoc dato quod datum est choram testibus prænominatis aliquid voluerit demere, heternas penas luat cum Juda proditore neque cum electis in regno annumerare Dei valeat.

Acta scedula hec Flaviniaco monasterio, regnante Rainaldo

abbate anno III, Begone autem abbate sancte Fidis regnante anno III et IIII menses.

485. DE COLUMBERS.

1107.

In nomine sancte et individuæ Trinitatis. Ego Adela comitissa Willelmi regis Anglorum et Matildis regine filia, pro salute domini mei comitis Heenrici et pro redemptione animæ meæ filiorum que meorum simulque supradictorum genitorum vel omnium parentum meorum, post illam confirmationem et restitutionem quam, plurimorum nobilium judicio et audientia, monachis sanctæ Fidis de Columbariensi ecclesiæ feci, benignissimo nutu Dei placuit mihi et filiis meis ipsam ecclesiam aliquantulum de nostris communibus beneficiis amplificare, quatenus monachi presentes vel succedentes servicium Dei et sanctæ Fidis dominæ suæ ibidem valeant sine gravi penuria perficere; in primis ut, si quis nostrorum hominum miles, burgensis, servus, liber vel rusticus ex propriis possessionibus honorem scilicet, pecuniam vel aliud aliquid quod ad dominatum nostrum pertinet eis pro karitate largiri decreverit, liberam ex nostra parte licentiam habeant donandi et monachi recipiendi. Concedo etiam monachis sanctæ Fidis carrucam nostram integre, sicuti ab antecessoribus nostris possessa est, apud Bussiacum, cum omnibus terris et pratis que ad ipsam carrucam pertinent et horreum ante æcclesiam et domum quæ ad levam ipsius horrei sita est et molendinum qui est supra villam, cum omni parrochia et usuariis ad ipsum pertinentibus, sicuti a comitissa Adela cum omnibus aliis supradictis possessum est; dono etiam illos VII hospites cum omni consuetudine in eadem villa et XL solidos omni anno. Concedo et moncellum in quo æcclesia sancte Fidis posita est monachis, cum omnibus reditibus suis, villicationem, scilicet dominationem, censum et hospites et ex integro omnem consuetudinem quam ibi solebamus habere. Super hec omnia illud quod capellani mei in aecclesia sancti Dionisii solent accipere totum ab integro ad victum illorum committo, theloneum similiter omne quod in festivitate sancti Dionisii in mercato vel in omni castro

exierit ad opus illorum confirmo. Et apud Laniacum dono etiam eisdem monachis tres aripennos obtime vineæ et domum meam, sicut abeo et possideo, cum omni integritate sui. Et illud terre paululum quod est in clivo itinerum quo pergitur Cantumerlo, ubi horreum illorum constructum est, simili modo cedo eis, et piscariam molini ante portam castri. Hoc totum donum, sicut supra-scriptum est, ego et filius meus comes Teobaldus, in presentia domni Bonefacii Conchensis abbatis et fratrum ejusdem loci et manu nostra corroborando super altare ponimus.

Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo VII scripta est carta hec, jubente me Adela comitissa et jubente filio meo Teobaldo, III nonas mensis julii, feria VI, regnante Philippo rege. —Auctores hujus carte sunt omnes quorum inferius nomina posita sunt. Signum Adele comitisse. Signum Teobaldi comitis. S. Hugo Mansellus et Petrus Fugafamem. S. Rainaldi de Altamaresca, Borrellus Blesensis, Hildigerius de Aliorra, Paganus hostiarius de Thalamo, Durantus presbyter. S. Rotgerius cancellarius qui sigillavit cartulam, Rainaldus capellanus. S. Hugoni Flavi. S. Bernardi. S. Rodulfi Pungentis.

486. [DE COLUMBERS.]

Vers 1108.

In Dei nomine. Ego Adela Blesensis comitissa cum Teobaldo comite et aliis filiis meis dono Deo et sancte Fidi de Conchis et abbati Bonefacio monachisque tam præsentibus quam futuris ejusdem loci quoddam nostrum alodium quod est in terra de Sanz cum fevalibus nostris, Gerardo videlicet et Rotberto de Turre et filiis eorum qui hanc eamdem terram quam de nobis tenentes, ducti amore Dei et nostro, beatæ Fidi concesserunt. Ab aliis vero minoribus fevalibus qui de istis tenebant hanc eamdem terram precio duodecim librarum ad opus beatæ Fidis conquesivimus, quorum hec sunt nomina : Ebrardus, Malus Vicinus, Jugo frater ejus, Hugo de Carreira, Bernaredus domine Mohaldis filius et soror ejus Dedelma, Agono et Rotgerius filius Lanberti, Constancius et filii ejus. Illam vero aliam terram et boscum quod vocatur Tremlet, secundum quod ipsi monachi ab ipsis fevalibus

precio conquisierunt, cum omni consuetudine que ad nos pertinet similiter beate Fidi concedimus; quorum fevalium nomina hec sunt : Bernardus et Alburgis uxor ejus, Gualterius et Arosius frater ejus, Uldegarius, Vetula, Hugo de Chausi, Constancius et filii ejus.

S. Adela comitissæ. S. Teobaldi comitis. S. Gerardi de Turre. S. Erberti Columbariensis præpositi. S. Bernerii de Monte Engleedis.—Facta carta ista regnante Ludovico rege Francorum.

487. [DE COLUMBERS.]

Vers 1108.

In Dei nomine. Ego Gerardus de Turre, pro salute et redemptione animæ mæ et patris mei Gerardi atque matris meæ Adalais, cum consilio et voluntate uxoris meæ Amilinæ et filiorum meorum, dono Deo et sanctæ Fidi gloriosæ virgini et martiri de Conchis necnon Bonefacio abbati monachisque tam præsentibus quam futuris ejusdem loci illum meum jardinum, id est viridarium, totum ab integro quod est situm juxta ipsum monasterium beatæ Fidis Columbariensis in perpetuum habendum et possidendum ad usum monachorum ibi Deo servientium. Hoc autem facio ductus amore Dei et beatæ Fidis atque precibus domine meæ Adelæ comitisse.

S. Gerardi et filii ejus Simonis qui fecerunt hanc donationem. S. Adele comitissæ. S. domni Teotbaldi comitis filii ejus. S. Barnererii. S. Radulfi. S. Arberti præpositi. — Facta quarta ista regnante Ludovico rege Francorum.

488. CHAVANIC.

1110.

In Dei nomine ego Ligiardis comitissa, secundum priorem donationem mariti mei Domni Widonis comitis de Salcio, cum filio meo Eblone, dono sancto Salvatori et sancte Fidi de Conchis atque domno Bonefacio abbati monachisque tam presentibus quam futuris ejusdem loci illum nostrum alodium quod dicitur Cavanicus quod ad me pertinet de hereditate parentum meorum, cum

omnibus possessionibus et terminis de parrochia de Goes, cum terris cultis et incultis, cum silvis, pratis, aquis et piscatoriis que prius in dominio habebamus, et nichil ad opus nostrum reservamus, set totum Deo et sancte Fidi concedimus, sicut ad nos pertinet, pro salute animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum. Hoc totum libere et ingenue sit semper deinceps in perpetuum sub potestate et ordinatione abbatis et monachorum sancte Fidis. Isti sunt termini de Cavanico et Gois : del gado de Tremoil sicut vallis ascendit usque Alzoil ubi quatuor termini de bosco feriunt et inde usque ad Lava et ad Goes et deinde usque ad terram Pertusadam et usque ad combam del Soil, de parte vero vallis ab inferiori capite de campo sancti Stephani usque ad vadum de Tremoil. Piscaria et equalitas vallis et justicia, quantum ad nos pertinet, sit in dominio monachis sanctæ Fidis, sicut supra nominatum est.

S. Ligiardis comitisse et Eblonis comitis qui hanc cartam scribere jusserunt. S. Teicelini Sauri. S. Rotberti. S. Alberici et filii ejus Lamberti. S. Galterii de Fontanis. — Facta carta ista regnante Ludovico rege Francorum, anno ab incarnatione Domini MCX.

489. [CHAVANIC.]

Vers 1110.

Ego Oddo de Ventos dono Deo et sancte Fidi et abbati Bonefacio illum mansum meum qui est juxta atrium de Goes pro salute animæ meæ et omnium parentorum meorum.

S. Otberti monachi. S. Galterii de Fontanis.

Decima de termino Cortils et de Roire pertinet ad parrochiam de Goes.

490. [CHAVANIC.]

Vers 1110.

Ego Maifredus cum filio meo Poncio dono Deo et sanctæ Fidi æcclesiam antiquam modo desertam de Goes cum toto atrio qui est in circuitu, pro redemptione animæ meæ et omnium parentum meorum in presencia domni Bonefacii abbatis.

S. Otberti monachi. S. Geraldi monachi. S. Alberici et filii ejus Lamberti.

491. [DE BROGME[1].]

Après 1132.

Breve quod fecit fieri Hugo comes Rutene civitatis de placito quod fecit fieri inter Hectorem de Castello Novo priorem de Aurlaguet et S. vicarium de Brogme quod tale fuit : ut ascensuaret prior IIII mansos de fevo et de alodio et pro velle et voluntate sua de villa de Brogme ; et de istis III debuit habere pecuniam de uno quoque modio S. vel unum sextarium et hoc est in electionem prioris, et de omnibus decimis unde S. est vicarius abeat ipse x sextarium et prior novem, et propter hoc debet ei congregare omne granum suum in cellario monachorum fideliter, omnis lana alba et omnes agni præter unus qui est de vicario, et denarii sunt priori, lana nigra est vicario et pro ea debet abere lectos priori et sociis suis et saccos ad portandum frumentum Conchis, et si hoc non fecit, in lana nigra rectum non habebit ; domum que est juxta æcclesiam et cellarium que est inferius monachorum ita debet construere et servare ut prior possit ibi manere et abbas, cum venerit, per honorem ; pratum dominicale non amplius seminare debet, set inde debet fenum et erbam dare ; et in ista vicaria mulier non debet ereditari ; nec debet abere nisi unum vicarium, pro isto honore debet servare priori de receptis et de suo servicio, cum venerit Brogme. Istud placitum firmavit et juravit super IIII evangelia in manu Hugonis comitis quod teneat et non infringat, quod si infringerit, ad amonicionem abbatis vel prioris debet redire in ostatgue in claustro Conchis vel ubi ammonuerit eum, et inde non debet exire absque licentia abbatis vel prioris et quod abeat emendatum.

S. Hugonis comitis. S. Petri de Panat. S. Aldeberto de Stagno. S. R. de Solatgue. S. G. de Crosapeira. S. Hector de Montalt. S. Bernardi presbyteri. S. P. presbyteri. S. B. de Brogme.

1. On lit en marge du numéro 491 ce fragment : Prior de Orla... emet Brocme... egers debet... alberc ab tres... mos, et quando... abit suos arberes... gers debet habere... ners.

S. D. Catet. — Hector monachus scripsit, dictante Hugoni comitæ; hujus placiti est auctor et fidejussor Hugo comes.

492. [DE ILLA BECEIRA.]

1087-1107.

Ego Hector Bernardus dono sancto Salvatori et sancte Fidei de Conchis et domno abbati Begoni et monachis præsentibus et futuris de Conchis totum decimum de illis mansis de la Beceira integerrime de carne, de lana, de annona et de omnibus rebus, et cum isto honore offero filium meum Bernardum sancto Salvatori et sancte Fidei de Conchis.

S. Hectoris Bernardi. S. Poncii Petri. S. Rainonis. S. Joannis prioris. — Bernardus scripsit.

ᶜ 493. DE LODEVA.

Après 1108.

In Dei nomine. Ego Petrus Lutevensis episcopus cum consilio clericorum meorum dono et laudo Deo et sancte Fidis de Conchis atque Bonefatio abbati ejusdem loci monachisque tam præsentibus quam futuris illas domos et curtes cum omnibus pertinentiis suis que Bertrandus cantor scolarum dedit prius sanctæ Fidi, pro redemtione anime sue, cum consilio domni Bernardi antecessoris mei episcopi et clericorum suorum; et ego Amalricus cum filiis meis Alafredo et Petro totum illut quod abeo vel visus sum habere in prædictas domos et curtes et pertinentiis per episcopum Lutevense, cum consilio ejusdem, dono sancto Salvatori et sancte Fidi de Conchis, tali modo ut fiam inde monachus sive in morte sive in vita ad salutem anime meæ; hunc totum honorem suprascriptum dono ego predictus episcopus Deo et sanctæ Fidi ad fevum libere et ingenue pro redemtione anime meæ.

S. abbatis Augerii sancti Salvatoris. S. Petri archidiaconi. S. Ricardi archidiaconi. S. Frotardi sacriste. S. Petri Fulconis et ceterorum. — Facta quarta ista regnante Lodovico rege Francorum.

○ 494.

XII^e siècle.

Pignoras quas fecit Gamerius monacus. Ego Huczenz de Redunda dono in pignora in manso Gaucelmeng in vicaria et in decimo Garmerii monachi per unum modium sigile et per XII solidos de quintinex et totum drictum quod habeo in manso, cum consilio fratris mei Hugoni. — Alia pignora. Ego Huczenz similiter dono in pignora in mea parte de vicaria III sestarios sigile et VIII sestarios VIII per X et VIII solidos de corz et unum modium sigile et III sestarios. Et si Hector filius meus sine infantes legitimos morierit, sancto Salvatori remaneat sancte Fidi.

Signum Huczenz. S. Hugoni Airal. S. Bernardi Hirati. S. Hector Amblardi. S. Arnaldi Martini. S. Deusde Bernardi.

○ 495. [DELLA PLANIA.]

Après 1108.

In Dei nomine. Ego Hugo de Molsedone dono Deo et sanctæ Fidi de Conchas et abbati Bonefacio, cum consilio Petri fratris mei et matris meæ Adalgius, illum meum boscum della Plania et capud mansum qui ibi est totum et ab integro in manu ipsius abbatis et omnium parentum meorum.

Signum Petri de Molsedo et matris ejus Adalgius qui hanc donationem simul firmaverunt et fecerunt. Signum Deusdet Rigal. S. Bernardi de Per... Levada. S. Bernardi Tundud. — Facta carta ista regnante Ludovico rege.

496.

1072-1087, 25 juin.

... in loco quem vocant terminio del Malols de Pontio Radumo, et Arnaldus Rotbertus et frater suus Guillelmus una mugada in ipso loco quem vocant Cumpradit et uno aripento de vinea, et Raimundus Arnaldus et frater suus Isarnus una muga de terra al Cumpradit et unum aripentum de vinea el Traverser, et p..etc

que Pontius Radumus et infantes sui Arnaldus et Amelius et Guillelmus, et Arnaldus Rotbertus et infantes sui, et Guillelmus Rotbertus et infantes sui, et Isarnus Arnaldus et infantes sui, et Petrus Oliba et Guillelmus nepos suus, et p..c̃o que vos omnes ne fiat amici et fideles ad Deum et sanctum Salvatorem et sanctam Fidem virginem, et propriament abbas Stephanus et toti monachi de monasterio sanctæ Fidis sic vobis dono et laudo que Deus de totis beneficiis que dicta erunt et faiz in monasterio sanctæ Fidis in oraciones et in missas propriament bonam partem habeatis et omnes parentes vestri vivi et mortui in secula seculorum, amen. Et qui istam cartam disrumpere voluerit anathema sit. Ego vero Isarnus Dei gracia Tolosanus episcopus hanc donacionem facio laudo et confirmo cum consilio clericorum meorum pro amore Dei et sancte Fidis et pro salute animæ meæ.

Signum Isarni æpiscopi. S. Arnaldi præpositi. S. Gerardi. S. Radulfi et Petri monacorum. — Facta carta regnante Philippo rege Francorum. — Guillelmus levita scripsit sub die feria VI, VII kalendas julii.

497. [DE TAUREHAM.]

Après 1107.

Quadragesimali tempore, ebdomada secunda, feria VI, venit comes Galterus, cognomento Gifardus, Conchas ad sanctam Fidem et mater ejus Agnes, ibique in præsentia domni Bonefacii abbatis et omnium fratrum, pro salute sua patrumque suorum et omnium parentum, dederunt omnem decimam suam quam habebant apud Thaureham ut fratres de Horsam qui sunt monachi sanctæ Fidis illam teneant et inde abbati respondeant. Testes sunt: Antelmus de Pothuilla, Rogerus de sancto Laurentio, Thebaldus de Espolvilla, Rotbertus del Bec, Gislebertus de Pothuilla, Eustachius de Grandivilla, Rogerus de Berrevilla, Willelmo de Nova Villa, Engelrannus de Belnai, Odo de Trobetvilla, Eustachius de Chrichetoth, Rotbertus et Bencio capellani, item Rotbertus de Granevilla, Malgerus et alii clientes, Frahissendis de Granevilla mater Eustachii, Beatrix uxor Thebaldi, item Beatrix et ceteri, et omnes sunt testes hujus rei, et ejusdem monasterii confratres.

c 498. [DE ALTO BRACO.]

Après 1108.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Ego Adalardus, pro salute animæ meæ, dono et laudo et confirmo sancto Salvatori et sanctæ Fidi de Conchas illud hospitale de Alto braco cum omnibus ad se pertinentibus, et hoc facio in præsentia domni Bonefacii abbatis et monachorum in capitulo, et hoc tali modo ut post mortem meam, istud hospitale cum omni honore quem ego ibi adquisivi abbas sanctæ Fidis et monachi retineant ad Dei servicium et pauperum et pro remedio anime mee faciant quod facere debent pro monacho suo. Pro recognitione vero istius facti dono quotannis unam libram de cera ad altare sanctæ Fidis; et suscipio de manu abbatis illum mansum de Malasanna ad salvetatem sanctæ Fidis ibi faciendam.

S. domni Adalardi qui hanc cartam scribere jussit. S. Bonefacii abbatis. S. Johannis prioris. S. Geraldi sacriste. — Facta carta feria v, regnante Ludovico rege Francorum.

c 499. [DE CLAUNIAG.]

XIIe siècle.

Breve memoratorio, hoc est donum quod fecit Bernardus de Clauniag Deo et sancto Salvatori et sancte Fidei et monachis qui sunt et fuerint Conchis. Illum sirventatge de illam decimacionem de Clauniag dedit pignus pro centum solidis de illa meliore moneta quod tunc currerit in isto comitatu quando redemptum fuerit pignus, IIII sestairadas de terra al Pradal et I denariatam de vinea in Tentedon in dominio donat sancto Salvatori et sancte Fidi.

500. [DE CLAUNIACO.]

1087-1107, août.

In Dei nomine. Ego Deusdet Terundellus reddo et commendo Petrum filium meum Deo et sancte Fidi et Petro Arnaldo mona-

cho, ut teneat et nutriat illum usque ad decem annos, et propter hoc sestarium unum qui exit mihi de uno quoque modio quem monachus sancte Fidis habuerit de quinque condaminis de Clauniacho dono et laxo sancte Fidi et monachis ejus usque ad decem annos, et post decem annos de duobus contaminis quas monachus sancte Fidis elegerit dono sancte Fidi et abbati Begoni et monachis tam præsentibus quam futuris illum unum sextarium qui exiebat mihi de uno quoque modio, in tali conveniencia ut monachus qui tenuerit Clauniacum prædictum filium teneat in domo sua, ut illi semper serviat sicut homo proprius suus; et si vitalis fuerit, faciat illum ordinare ad presbyterum, et quando voluerit, faciat illum monachare in monasterio. Quod si post decem annos filius meus monachis sancte Fidis noluerit servire et habitare cum illis, nichilominus ille unus meus sextarius remaneat monachis sanctæ Fidis. Si vero infra predictos decem annos qui accipiunt terminum in missa sancti Juliani filius meus mortuus fuerit, meus sextarius qui exit mihi de unoquoque modio de una contamina quam monachus elegerit remaneat semper sancte Fidi in dominio.

Facta carta mense augusto, feria II, regnante Philippo rege Francorum. — S. Deusdet Bernardi. S. Petri Bernardi. S. Deusdet Oddonis. S. Stephani filii Johannis.

501. DE LIQUAIRAC.

1065, 12 février.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Ego Ponz Ceba do lo meu alo ad Salvatoris et ad sancta Fides de Conchas et ad Stephanus abbas et monachis præsentibus et venturis ecclesiam quæ vocatur sancta Columba de Liquanrac cum decimis et primiciis et honorem sacerdotalem, sicut et ecclesie pertinet similiter æcclesia sancti Stephani de Casals cum suis decimis et primiciis et honorem sacerdotalem, sicut et ecclesie pertinet, similiter æcclesia sancti Stephani de Casals cum suis decimis et primiciis et honorem sacerdotalem d'aquestas ecclesias suprascriptas. Poncius Isarni de Villa Furans et Raimundus filius ejus tenet la medietatem de decimis et honore sacerdotal a feu de la eclesia de Liquairac; B. Oddo de Cavannac tenet la medietatem del decime, et Pons

Raimunz de æcclesia de Casals tenet la medietem del decime, et Utalguers Aicfre tenet los agrarios de Casals e de Liquairac et las vinnocolias quæ Vidals de Vila Vincens que tenia a feu, Austenfranc Cavannac lo feu que ten en Casals ni om ni femna te per lui, Peire Eble lo feu de Vila Peira qu'el i te ni om te per lui, Aigulf et Ramun et Petre et filiis ejus l'alo de Vila Eldriz que ten de Peiro Aimo, l'alo que aun et Peirre filii ejus que habent e Vila Vilor, hoc est ecclesia sancti Martini, et l'alo que atac e Vilavilor, ego Poncius Ceba doni aquez alos super scriptos a sancto Salvatori et sanctæ Fidis, pro remedio animarum patris mei et parentum meorum et pro peccatis meis, et ego Poncius sit conversus sanctæ Fidis, et isti omnes superscripti servant a sancte Fidis et suis monachis; et de ecclesia de Liquairac dono VIIII, de allasea[1] de sancto Nazarii de Carcassona similiter et ecclesie de Casals VIII denarios per unum annum.

Facta ista carta donacionis anno millesimo ab incarnacione Cristi LX et V, regnante Philipo rege, II idus februarii. — S. Poncii Ceba. S. Utalguero Aicfre de Casals. S. Raimun Ponz de Vila Furas. S. Raimun Arnal de Liquairac. — Petri qui istam cartam donacionis cum litteris suprascriptis et rasis rogatus sub die et anno quo supra.

502. DE CASTELLETO.

1097-1106.

In nomine sancte et individue Trinitatis totum sit omnibus sanctæ Dei æcclesiæ filiis præsentibus et futuris quod ego Hugo Dei gratia Lugdunensis archiepiscopus dono Deo et sancte Fidis de Conchis, Begoni abbati et successoribus ejus et fratribus monasterii ipsius æcclesiam sancte Fidei de Castelleto et æcclesiam sancti Victoris cum apenditiis suis, quam præphata æcclesia dividit Liger fluvius, sub annuali censu octo solidorum quorum medietas solvetur in festivitate sancti Martini, medietas vero in purificatione sancte Mariæ, retentis sinodo et paratis, secundum morem aliarum æcclesiarum, et obedientia exibenda tam nobis et successoribus nostris quam et archipresbiteris nostris. Facta

1. Pour *ecclesia*.

est donatio hæc Lugduni in domo nostra episcopali, consilio canonicorum nostrorum Bladini decani, Arberti archidiaconi, Guerini capellani nostri. Et ut hec donatio firma permaneat, sigillo proprio subter firmavimus, et testibus corroborandam tradimus.

S. Bladini. S. Arberti. S. Gerini Calvi. S. Gerini capellani nostri. S. Rostanni Serlot. S. Fulcherii. S. Geraldi. S. Pontii. — Ego Ugo ad vicem cancellarii scripsi et subscripsi.

503. [DE ECCLESIA SANCTI PETRI MALONENSIS.]

1120, 11 juillet.

Incipit carta donationis quam domnus Bermondus Pelec et uxor sua nomine Agnes fecerunt domino Deo et sanctæ Fidis de Conchas et aliorum sanctorum qui ibidem honorifice condiuntur; alodem de æcclesia sancti Petri Malonensis, pro redemptione animarum suarum vel parentum suorum; et quantum ibi acaptaverit ad serviendum Deo et sancte Fidis et sancti Petri de feudis vel de feudalibus totum concedo et laudo domino Deo et sanctæ Fidis sanctisque supradictis. Hujus donationis atque concessionnis sunt veridissimi testes Guiraldus Vedenobrensis et Gaufridus sancti Boniti et Raimundus Arnaldus Castelli novi et Jordanus frater ejus.

Hec carta fuit facta apud Aleste in mense julio, feria VII, luna III, regnante Lodoyco rege, anno ab incarnatione domini M. C. XX. — Jordanus scripsit.

504. [DE ECCLESIA DEL PI.]

XI^e-XII^e siècle.

Arcmandus del Pi dedit Deo et sancto Salvatori et sanctæ Fidi suam partem æcclesiæ del Pi quam ipse habuit aut suum genus, teste Gauzfredo de Ruina et Willelmo de Barannas et Elia Morret et Julia de Ruga cum omnibus parrochianis. Et hoc donum fecit cum consilio Bernardi Gaucelmi archidiaconi et cum jusjurando.

505. [DE HONORIBUS SANCTI TEODORITI DE MALON.]

XII^e siècle.

Carta commemorativa honorum sancti Teodoriti de Malon. In villa que dicitur Faventianegues, duas appendarias. In villa

sancti Johannis de Mairogel, quartam partem unius mansi. In parrochia sancti Andreæ Trans Rocam, duas appendarias. In villa sancti Johannis de Sisivo, unum mansum. In villa sancti Juliani de Cassannaz, unam peciam de vinea. In villa sancti Privati de Alsono, unam appendariam et unam præterea petiam de terra quam tenet Petrus Stephani Arnematis, unum agnum aut XII denarios. In villa de Martonnaco unam preciam de terra. In parrochia sancti Privati de Alsono, in villa quam vocant Bexanenegues, unam peciam de vinea. In Argonio, duas pecias de terra, unam quam donavit Geraldus Begonis, alteram Geraldus Willelmi. In parrochia sancti Privati de Campo Clauso, duas vineas, alteram tenet Geraldus Bernardi, alteram Petrus Rostagni. Ad Rocam Confimos, unum mansum. A Trazanegues, I peciam de terra. Ad Calmbella, I mansum. Ad Pojetum sub Banna, I peciam de terra. In parrochia sancti Martini de Coxri, ad Valletam, I mansum. Ibidem prope Adrancum, duas pecias de vinea. Ad Plandolas, I peciam de vinea. Ad Leviniacum, unam peciam de vinea. Ad Borgoden, medium mansum. Ad Pugnos, I appendariam. Ad Caucen, XII denarios. Ad Genollac, VI denarios. Petrus Odilonis.

○ 506. [DE CASTELLETO.]

1121-1125.

Notum sit omnibus præsentibus et futuris quod Hugo Talabaz et Fulcrendis soror mea et Bovo et Pontius Berardus nepotes mei damus Deo ac sanctæ Fidi, pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, quicquid soliti sumus habere in æcclesia sancti Victoris et in omnibus appendiciis ejus. Hanc donationem fecimus in manu Gauzberti prioris de Castelleto et factam sub jurejurando confirmavimus super altare sancti Victoris, tali modo ne amodo aliquam ibi injuriam ultra XII denariorum valentiam faciamus. Quod si fecerimus, statim ut per eum vel per monacos successores ejus amoniti fuerimus, in ipsa villa sancti Victoris in ejus captione veniamus et inde non exeamus donec

1. Suit la copie d'une charte identiquement semblable au n° 505.

injuriam, prout valuerit, restituamus. Similiter donationem ego Galdemarus Bermundus de parte mea fatio sub eodem jusjurando. Ego quoque Galdemarus Carpinellus eamdem donationem de parte mea facio firmatam supradicto jusjurando. Ego etiam Johannes Carpinellus, recognoscens jus ac justitiam sanctæ Fidis per diffinitionem domini Humbaldi archiepiscopi et domini Gaucerandi Lingonensis episcopi et domini Berardi Matisconensis episcopi et domini Jossaldi Cabillonensis episcopi et Hugonis Belliloci abbatis et ceterorum qui ibi affuerunt, dono ac dimitto Deo ac sancte Fidi eamdem ecclesiam sicut avunculus meus Andreas prius eam dederat, et totum ab integro quicquid ibi hactenus quesieram, ut ita monachi sanctæ Fidis presentes ac futuri eam in pace amodo sine aliqua mea et meorum contradictione perpetuo teneant. Quam donationem coram testibus factam supradicto jusjurando fideliter confirmavi.

S. Trutberti cantoris. S. Willelmi Bernonis. S. Comarci. S. Ranconis de Roianis. S. Pontii de Faia. S. Willelmi de Furano. S. Asterii Arte Mala.

507.

1087-1107.

Pignora quam fecit Ugo Berenguarius Gaucelmo monacho et abbati Conchensi Begoni per cccc solidos et XXII solidos a termino sancti Andreæ usque ad decem annos; denarii vero de pignora sint Mergorienses, si denarii fuerint deteriores, sicut alia pignora debent placitari, ita et ista placitentur. De hoc pignore debet esse garenz Hugo Belengarius, et est fiducia Hugo de Moreto et Bernardus et Rigaldus de Moret et Arnaldus de Girunda et Deude Petrus et filius ejus et omnes isti auctores. Idem Gaucelmus monachus impignoravit fevum et vicariam de manso de Canolio de Sicart de Goliniaco LXXX solidos Melgorienses.

508. [DE ECCLESIA SANCTI CYPRIANI.]

1065-1087, mars.

In nomine Domini. Ego Campio filius Ademari dono sancto

Salvatori et sanctæ Fidi et abbati Stephano et monachis de Conchis tam præsentibus quam futuris illam meam partem de fevo ecclesiastico quam habebam in æcclesia sancti Cypriani vel aliquis homo habet de me; et accepi ab abbate et monachis precium quantum inter nos concordavimus, et de precio illo nichil remansit indebitum. Quod si aliquis ex projenie mea hoc donum calumpniare vel infringere voluerit, non liceat ei facere, et sit maledictus cum Datan et Abiron in infernum.

S. Hugonis. S. Rigaldi. S. Frotardi. S. Bernardi. — Scripta carta ista mense marcio, feria III, regnante Phylippo rege. — Ademarus scripsit.

509. [DE ECCLESIA SANCTI CYPRIANI.]

1065-1087.

In nomine Domini. Ego Deusdet Lupus et filii mei et Bernardus nepus meus et fratres ejus illum fevum ecclesiasticum de sancto Cipriano quem habebamus de Campione et de Bernardo Irato et uxore ejus et de Bernardo Rigaldo et uxore ejus donamus sancto Salvatori et sancte Fidi et abbati Stephano et monachis sancte Fidis tam præsentibus quam futuris totum et abintegrum. Et debet abbas monachare Deusdet filium meum et Deusdet filium meum.

S. Bernardi. S. Deusdet. S. Frotardi.

510. [DE ECCLESIA SANCTI CYPRIANI.]

1087-1107.

Ego Campio et Hugo Guirbertus cognatus meus donamus sancto Salvatori et sancte Fidi et abbati Begoni et Iberoni priori et Hugoni monacho totum ecclesiasticum honorem quem habebamus in ecclesia sancti Cipriani et ortos et terra et apendarias et airals et omnia quecumque habebamus in omni parrochia, nisi decimum et pratum cum quadraginta solidis quos nobis dederunt.

S. Hu de Cass. S. Willelmi. S. Rigaldi de Meanag. S. Frotardi de Concas.

511. [DE DURANTESC.]

1087-1107.

Ego Huga uxor Hugonis Umberti et filii mei Raimundus et Poncius et frater meus Petrus Grimaldus donamus sancto Salvatori et sancte Fidi et abbati Begoni et monachis, cum puero Petro quem monacum fieri volumus, illum mansum de Durantesc qui est in parrochia de Suiri, qui dat censum unum multonem et unum agnum et unam fogazam et duos gallos et II sestarios frumenti.

512. [DE RINIACO.]

Après 1107.

Ego Bernardus Martinus et Bernardus filius meus donamus Deo et sanctæ Fidi et abbati Bonefacio et monachis et sancto Petro de Riniaco dreturam meam in stagno et in molinis et apendariam, ut melius pater meus et mater mea abuit. Et si ullus homo de meo genere hoc amparaverit, anathema sit et abeat partem cum Datan et Abiron in infernum.

S. Bernardi et filii ejus qui hoc donum fecerunt. S. Grimundi. — S. Garini qui cartam scripsit.

513. [DE ANDOERCS.]

Fin du XI^e^ siècle.

Notum sit omnibus quod... ecclesie de Perarolio dedit mulum Tholosano episcopo, pro cujus precio constrictus tradidit mansum d'Andoercs et totum quod ibi monachi habebant cum consilio eorumdem fratrum in pignore G... do Nigrario et filiis ejus usque ad decem annos pro LXX solidis Mergoriensibus vel Caturcensibus in valencia, hac convenientia ut, si quisquam propter monachos in ipso manso eidem Geraldo tortum fecerit, ante duos menses qui monachos amonuerit reddant ei denarios suos. Quod si..., debent ei deincebs dampnum quod inde ei evenerit emendare. Et de ista causa fuerunt auctores et fidantiæ inter illos

Hector de Audito et Geraldus de Bello Çastello, et hoc debent facere laudare Umberto nepoti Geraldi de Belcastel cum a Jherosolimis redierit.

S. Raimund sacriste. S. Gauzberti. S. Petri cellerarii. S. Guarini.

514. [DE MONTELLZ.]

Fin du XI^e^ siècle.

Ego Guillelmus Arnaldus dono et laxo sancto Salvatori et sancte Fidis receptum meum quem habebam in manso de Montellz et accipio pro hoc c solidos a Bertrando Ademaro quos defero in Jherusalem. Ego igitur et omnes fratres mei donavimus hunc receptum. Auctores sunt de hoc Poncius Guillelmus et Stephanus Aldebertus et Deusdet Aiguilus et Bertrandus Ademarus monachus.

515. [DE MADEIRIS.]

1087-1107.

Ego Ricarda filia Hectoris Salustri dono domino Deo et sancto Salvatori et sanctæ Fidi de Conchis et abbati Begoni et monachis in Madeiras medium mansum ubi est pereira, pro remedio anime mee et pro sepultura, cum consilio sororum meorum videlicet Stephane et Petronille.

S. Bernardi de Coderco viri mei. Signum Deusdet. S. Berengari. S. Odolrici monachi. S. Bernardi de G....

516 [DE BONBORO[1].]

1087-1107.

Notum sit omnibus hominibus quod Rodbertus Gualterii filius dono sancto Salvatori et beatissime Fidi et abbati Begoni et monachis præsentibus et sequturis de Conchis ecclesiam nostram que vocatur Bonbono pro redemptione anime mee parentumque nostrorum; ipsi monachi sancte Fidis dederunt mihi... societatem et confraternitatem suam et fecerunt partici... suorum quatenus

1. Cette charte est à moitié effacée.

de oracionibus et meritis... sancta Fides in præsenti seculo ab omni[1]...

517.

XI-XIIe siècle.

Ego Bernardus Arnalsz habeo in illa vinea que tenet Rothertus Faber una coissa de vaca o VI denarios omni anno, et habeo conveniencia in ista vinea ut nullus homo vel femina non potest illa vendere vel inpignorare absque meo consilio; et habeo in illa vinea que tenet Petrus del Figuer quarto et decimo et IIII denarios omni anno; et in illa vinea que tenet Petrus Mainnas habeo quarto et decimo et IIII denarios omni anno; et habeo in illas terras Guirard Brondel quarto et decimo et I agnus; et habeo in illa vinea et in illa terra dal Soler que tenet Rigualdus capellanus una coissa de vaca o X denarios; ista honore doned Bernardz Arnalsz a Bernardz de Laumerio cum filia sua Uga; et ego Ugua dono ista honore domino Deo et beate Fidis, quando de me advenerit, aut L solidos, si Bernardus voluerit eam redimere ad opus nostris infantibus; et si de infantibus nostris advenerit ut non habuissent infantibus de uxores nec filio non habuissent infantibus de viro, dono et laudo ista honore suprascripta domino Deo et beate Fidis absque ulla calumnia.

S. Bernard de Laumer. S. Petri Oddoni. S. Rigualdi capellani.

Et ego Bernardus Arnaldus donum hoc et testamentum filiæ meæ, si de ipsa evenerit et infantes ejus, facio et laudo sancto Salvatori et sancte Fidi pro salute animæ nostræ.

518. [DE SALA.]

XI-XIIe siècle.

Vicariam quam habet Raimundus de Sala in hac villa. In honore de Cumba Negra unum sestarium de vini et unum arberg

1. A la suite du n° 516 est copiée une charte plus effacée encore et presque illisible. On ne distingue guère que les mots suivants : « Notum sit omnibus... abbas dedi episcopo prelibate ecclesie... dedi mansum... totum quod ibi habebamus Geraldo... » En rapprochant ce début des premières lignes du n° 513, on est porté à croire que les deux pièces ont le même objet.

cum tribus ominibus. In honore de Airal Cateht similiter. In honore de Deusde Papet similiter. In honore de Beferm similiter. In honore Bocardenca similiter. Similiter de Bename. In honore de la Cabrilzo habent inter cellerarium et ipsum Raimundum unam eminam de vino et duas dinairadas de pan. In cumbis neque in plantariis non habet ipse Raimundus nullam vicariam[1]. Ella honor dels Lombet atretant. Ella Stans et ellas vineas al Malpas altretant.

c 519. [DE RODEHAM.]

1121-1135.

Henricus rex Anglorum Ebrardo Norwicensi episcopo et vicecomitibus et omnibus baronibus et fidelibus suis de Northpholc et de Suthfolc salutem. Sciatis me concessisse Deo et sanctæ Fidi et monachis de Conchis æcclesias et terras et decimas quas Rotbertus filius Walteri eis dedit et concessit, sicut prædicti Roberti carta testatur, et nominatim terram de Rodeham, quam Sibilla, uxor præfati Rodberti, dedit, concessu Rotberti viri sui et Rogerii filii sui; et volo et præcipio firmiter ut bene et in pace et quiete et honorifice et libere teneant, cum saca et soca et tol et teain et infanguene theof et omnibus consuetudinibus suis, sicut unquam prædictus Rotbertus melius et quietius et onorificencius tenuit. Testes: Rotberto episcopo Castrensi, Rainius cancellario et Stephano comite Mortonii, et Radulphi Basseto et Henrico de Ria et Gislerblundo, apud West Monasterium.

o 520. [DE HORSAM.]

1108-1119, 2 février.

Henricus rex Anglorum Herberto episcopo de Norwic et Willelmo Big... et omnibus baronibus Francis et Anglis de Northpholc et de Suthpholc salutem. Sciatis me concessisse Deo et sanctæ Fidi de Horsam et monachis ejusdem loci ut habeant feriam quoquo anno, videlicet trium dierum in vigilia festi et in secunda die festi, cum omnibus illis consuetudinibus quas feria

1. Les mots qui suivent ont été ajoutés après coup.

debet habere et pacem habeant venientes ad feriam et redeuntes, et nullus eis injuriam faciat. Testis : Rogerio episcopo Saresbie apud Sanctum Eadmundum in purificatione sanctæ Mariæ.

Henricus rex Anglorum hanc cartam donationis confirmavit in Normannia in foreste supra Bonam Villam, in manu domni Bonifacii Conchensis abbatis coram multis principibus suis.

521. [DE HORSEAN.]

1094-1119.

Notum sit omnibus successoribus meis quod ego Herbertus Norwicensis episcopus in æcclesia de Horsean, quam consecravi in honore Dei et sanctæ Mariæ et sancte Fidis, hanc misericordiam feci penitentibus : singulis annis quicumque penitens ad eandem æcclesiam venerit in festivitate Virginis XL dies penitenciæ suæ, auctoritate nostri officii, remittimus ei. Hanc indulgentiam facimus penitentibus et confitentibus et cessantibus a peccato, pro amore Dei et sanctæ Mariæ virginis et sanctæ Fidis.

522. [DE HORSAM.]

Après 1121.

Ebrardus dei gratia Norwicensis episcopus dilecto in Christo fratri Bonifacio venerabili Conchensi abbati salutem et benedictionem. Manifestum nobis satis est quod beatæ memoriæ Herbertus Norwicensis episcopus, antecessor noster, ecclesiam de Horsam cum suis pertinenciis et cetera, quæ Rotbertus filius Walteri, cum astipulatione domini Henrici regis Anglorum et Stephani comitis ejusdem regis nepotis, pro redemptione animæ suæ, Deo et sancte Fidi Conchensi concessit, ipse auctoritate sua confirmavit et pro mercede sua cunctis fidelibus illuc ad festum martirii beatæ Fidis concurrentibus et oblationem suam ibi facientibus de penitenciis sibi injunctis et dies condonavit et auctoritate sua corroboravit. Nos igitur, pro amore ejusdem sancte virginis et propria vestra instanti petitione, omnem supradictam donationem ad honorem Dei et profectum vestri monasterii concedimus et perpetuo confirmamus, adicientes ut quicunque Dei fideles ad festum illationis

beatæ Fidis, quod celebratur feria v infra octabas paschæ usque ad aliam feriam v idus usque ad octabas ejusdem festi, illuc concurrerint et de bonis suis illic helemosinas fecerint, remedium et indulgentiam de acceptis penitenciis XXIIII dies habeant. Hoc vero consilio fratrum nostrorum et archidiaconorum fecimus, ut Deus per meritum ejusdem gloriose martiris dignetur nobis semper esse propicius. Hujus concessionis testes sunt : Ingulfus prior, Rogerus et Willelmo archidiaconi, Willelmus Turbo et cæteri fratres.

523. [DE TARAVELLA.]

1059.

In Christi nomine Rodbertus Rotenensis comes, cum dilecta matre nomine Philippia, quamdam æcclesiam quatuor mansorum fundo præditam, que sita est in comitatu Arvernico, in villa quæ nuncupatur Taravella, cum omnibus utilitatibus vel apendiciis suis, sancto Salvatori et beate Fidi gloriose virgini de Conchis damus et concedimus, ubi Odolricus abba præesse videtur, tali videlicet ratione ut, quamdiu in hac carne vixerimus, oratio pro nostra salute ibi agatur, et post obitum nostrum memoria nostri perpetuo habeatur. Pro defensione vero hujus elemosine nostre, consilio egimus ut Geraldus de Rosiaco, qui juxta subditione nostra assistit, per manum abbatis et monachorum sancte Fidis in unaquaque apprehensione unum solummodo denarium habeat, quamdiu in servitio et fidelitate eorum permanserit. Ad hoc autem donum confirmandum conscribi fecimus hanc testificationis cartulam, ut nulla posteritas generationis nostræ aliquam donationem vel hereditatem ulterius in supra dicta villa possideat. Quod si quis, quod absit, hoc infringere et inquietare in futurum temptaverit, omnis catholicus fidelis pro salute animæ suæ interdicat, ne illud membrum diaboli hoc nefandum scelus perpetrare presumat.

Texta est ergo hæc donationis carta anno Dominice incarnacionis millesimo L VIIII in prefata vero æcclesia. — Nil omnino aliud æcclesia G. de Rosiaco retinet nisi babtisterium et sepulturam exceptis de pauperibus et familia monachorum. — Signum :

Rotberti atque Phylipie matris ejus qui istam donationem fieri jusserunt et firmaverunt et testes firmare fecerunt. Signum Stephani episcopi. Signum domni Rotberti abbatis Case Dei.

c 524. [DE ABELIAC.]

Seconde moitié du XII^e^ siècle.

Raimundus vicecomes de Torenna, pro anima sua et pro animabus parentum suorum, dedit in helemosina sancto Salvatori de Conchis et sancte Fidi et monachis tres bordarias in Abeliac de fevo et alode, sicuti ipse habuit et possedit, ad luminaria monasterii facienda, et consensit servientem Durantum della Sala ut unoquoque anno reddat censum.

c 525. [DE MOLENDINO PIZINO.]

XII^e^ siècle.

Notum sit omnibus quod ego Arcmandus de Faidi et Giraldus frater meus donamus et concedimus Deo et sanctæ Fidi de Conchis et priori Molendini Pizini Hectori II solidos ad luminaria ecclesiæ, ella teguda que delz tenia Petrus Bellaro; et ego ipse Arcmandus dono Deo et sancte Fidis vineam que dicitur Restollenchas qu'erra mia en domini ab l'apartenda de Tremoledo, pro anima patris et matris meæ et omnium parentum meorum; et propter hoc accepi ab eodem priore XXX solidos.

S. Jhoan de Velloneiras e Bertram Esteve.

Iterum notum sit omnibus quod ego Hector Castri Novi accepi in pignore ab eodem Arcmando et Giraldo de Faidi hoc totum quod habebant in villa Molendini Pizini scilicet medietatem prati, et en Bocart I emina de civada et IIII denarios, et in orto Petri Martini alteram eminam de civada, propter unam marcam argenti; et hoc pignus debet prior retinere per tres annos, et postea est tempus redimendi a kalendas usque in pascha.

S. Bertrandi Iterii. S. Petri Rotberti, Rotbert Dartos. Petri de sancto Florio. S. Geraldi et Arcmandi de Faudi. — Hoc totum factum fuit in die festivitatis sanctæ Fidis.

Petrus et Stephanus et Poncius de Aurosa diviserunt unum sestarium de seguel el sirventatgue de Guirald della Rocheta ell'apendaria del Lac.

S. Petri Rotberti, B. Esteve, Rotbertus de Fellinas.

Medietatem decime de villa quæ dicitur de Hervedia in parrochia de æcclesia de Ussel in quatuor mansibus totum de omnibus quantum debet exire ego Geraldus de Ribas et Petrus frater meus et mater mea donamus Deo et sanctæ Fidi et priori Molendini Pizini Hectori, pro anima patris mei et omnium parentum meorum; et propter hoc accepi XXV solidos de ipso priore.

S. Giral de Ribas, Petri, G. de Ribas. S. Petri vicarii, Duran vicarius. S. Rotbert de Fellinas, Giral Calveirus, B. Esteve.

Albois de Aurosa Deo et sanctæ Fidi et priori Molendini Pizini pro anima sua centum solidos quos habebat in pignore ella terra della Cortada.

S. Petri Rotberti, Ademari priori, Petri Bellaro.

Li maire delz Airaz de Taravella dedit I sestarium de seguel pro anima sua et fuit monachus.

S. Giral Calveirus, Rotbertus de Fellinas, B. Esteve.

Arcmandus de Faidi et Giraldus frater ejus dederunt in pignore Rotberto Amirat d'Aurosa Hectori priori Molendini Pizini tot aquo que delz tenia cominalment : el campo de Burdulia que ten Guillentz Brus, el campo de Roca Britdoira que ten Ponz Parlencs, ella vinna que ten Bernarz della Roca, propter I marcham argenti, et hoc debet tenere per duos annos; et est tempus redimendi de kalendis usque a pentecostem.

S. Arcmandi et G. de Faidi. S. Petri Rodberti. S. Hugoni de Castello Novo. S. Petri Martini. S. Stephani de Salvaniac. S. B. de Altairac.

Propter hoc dedit concambium Armandus fratri suo Giraldo ell Upsalt. Autor... Reveire de Maziac et Esteve Franco.

527. DE GOLINIACO.

1097, 5 janvier.

Ego Ricardus vice comes et uxor mea Adalaiz donamus sancto Salvatori et sanctæ Fidi de Conchis et donno abbati Begoni et monachis præsentibus et futuris de Conchis illam medietatem æcclesiæ nostræ de Goliniaco, sicut melius donavit archidiaconus de Inter Aquis prædicto monasterio aliam medietatem, vel sicut melius habuit Hector de Mirabello de patre meo Berengario; hoc est medietatem de sepultura et de decima quæ pertinet ad fevum presbiterale et medietatem de omnibus mansionibus quæ factæ fuerint in villa de Goliniaco in fevo presbyterali. Hoc totum dono ego Ricardus, pro salute animæ meæ, et uxor mea Adalaiz prædicta monasterio et habitatoribus ejus. Et si quis vellet istud donum destruere quod ego facio, non habeat potestatem talia facere, sed sit maledictus et habeat partem cum Datan et Abiron in inferno, amen.

Anno ab incarnatione Domini millesimo monagesimo VI, indictione IIII, luna XV, facta est hæc carta voluntate et auctoritate prædicti Ricardi et uxoris ejus, feria II in vigilia epiphaniæ, regnante Philippo rege Francorum. — S. Ricardi et uxoris ejus Adalaiz qui istud donum fecerit. S. Rigaldi. S. Hugonis Odolrici. S. Deusdet Hectoris. S. Duranti fratris ejus. S. Frotardi Deusdet. S. Bernardi de Rossin. — Johannes monacus scripsit.

528.

XII^e siècle.

Breu de las gallinas. Lo mas dellas Broas V, ella bordaria, I, ellas capmas III al unam et II all' altre. El mas del Cauze, V. El mas de Creissag V. El mas de Pugrastel V, et el capmas III. El mas della Gascaria V. El mas de Chaubran V, et el altre Chaubran V. Lo mas della Garrizola V. Et aquel delz Rainalz V. El mas Albejesenc V. El capmas Rainal della Careira III. Lo capmas quel home del Bosc tegro III. L'apendaria Corseira I. L'apendaria del Coderc I. Et aquella dell' Om I. L'apendaria qu' es laz la maiso Guiral dellas Boigas I, e V mas en Cadirag.

En Uqueg v. En dos mas en Espellac x, et en doas apendarias II gallinas.

c 529.

XII^e siècle.

Breve de obedientia Hugonis monachi. In æcclesia de Bornazel, II mansiones cum curte et pratum quod vocatur domergal abbati et monachis in dominio; et juxta æcclesiam, VIII mansos, et unus est de elemosina, alius de vicariis, et debent unum receptum abbati, et alii debent unusquisque moltonem et porcum et receptum et quartum et quartam partem decimarum et in augusto XX denarios et duos sextarios de civada, et unusquisque mansus debet quinque gallinas et X ova. Et mansus qui vocatur Albiges, de comanda, I porcum et II denarios de pane et III sestarios de vino et IIII sestarios de civada et I sestarium ordei et l'apendaria Corseira in dominio. Et in Quadairagco, V mansos, et unusquisque debet moltonem et porcum et receptum et quartum et quartam partem decimarum, et unusquisque debet V gallinas et X ova et in augusto XX denarios et II sextarios de civada; et in ipso loco, IIII appendarias, et una dat IIII sestarios frumenti, et alia III sestarios frumenti, et alia II sestarios frumenti et I sestarium de civada; et aliam de Ulmo IIII denarios in augusto et quartum et IIII denarios in kalendas, et unaqueque debet I gallinam. Et in Bosco, III mansos, et unusquisque debet moltonem et quartum et vestizo et XX denarios in augusto. Et mansus de Merdallag debet moltonem et vestizo e quarreg et alium censum per alo, IIII sestarios de sigile et IIII de avena et boscum in dominio, et fevum et vicariam debet homo habere de manu abbatis et monachi. Et hoc totum fuit datum pro Raimundo de Monte Mirato. Et elz Cabrellis, II mansos, et dant moltones et censum et quartum. Et es Senglanda, II mansos, et debent II moltones et XIII denarios a messiones et II solidos a kalendas et quartum et medietatem omnium decimarum. Et en Crespiag, IIII mansos, et debet unusquisque moltonem et porcum et receptum et quartum et quartam partem decimarum et in augusto XX denarios et II sestarios de civada, et unusquisque debet quinque gallinas et X ova. Et capud mansus de Poig Rastel, I moltonem et receptum et XX denarios

et quartum et quartam partem decimi et III gallinas al unam et II al altre et boscum et terras quas dedit Bernardus Frotardus. Et in Espellac, II mansos, et dant moltones et porcos et receptos et quartum et quartam partem decimarum et in augusto XL denarios et IIII sestarios de civada, et unusquisque debet V gallinas et X ova. Mansus de Canta Lopa dat I moltonem et XII denarios a messiones et III per carrez et XII a kalendas, et quartum et vicariam. Mansus del Pojet dat moltonem et agnum et XII denarios ad messiones et XII a kalendas et II sestarios de frumento. Et in ipso Æspelliaco, II appendarias de fevo et de alodo. Et unusquisque mansus de Bornazelles debet III solidos de vestizo et III de civada, et tercia pars est vicariis. Alla Gresa, unus mansus et alius dimidius, et dant censum et quartum et XII denarios et duos sestarios de civada. Mansus de Causeira dat moltonem et agnum et IIII sestarios de sigile et IIII de civada et XII denarios ad kalendas et XII ad messiones. Alla Roca, quartum et decimum de vineas et de terras et II sestarios de civada et III denarios. Mansus della Pez debet II solidos et IIII sestarios de gile in augusto.

530. [DE CADAIRACO.]

1087-1107.

Ego Bernardus Deusdet dono sancto Salvatori et sanctæ Fidi et Begoni abbati de Conchis et omni congregationi tam præsentibus quam succedentibus illum meum cabmansum de Cadairaco in quo Bernardus Odilo visus est manere totum ab integro fevum et alodum.

Hec carta est facta feria II, mense marcio, regnante Philippo rege. — Signum Bernardi Deusdet qui hoc donum. S. Hugoni Deusdet. S. Petri Deusdet fratrum ipsius. S. Johannis presbyteri.

El cabmas de las Broas atretant per totas res con aquel de Pog Rastel; in Quadeirac I cabmas, et dat quartum el quart X et III guallinas.

531.

c 1189, 17 septembre.

Ego B. abbas donei las maisos que foro de Vedia a Peiro Deusde Atrasaih per XXX e III marcs d'argent, los XVIII marcs i

avia per pignora Bernarz Sojornat, elz XIIII aic eu e dig l'en esser guirens de toz homes, et en Gauczelms abbas ab lo cosseil del capitol don' ello eissament. D'aquest don e d'aqest autorgament es autre P. capellas et Ug sos fraire, enz Deusdet del Gua, enz W. de Telled.

Facta carta in mense septimbri, sub die sabbato et luna III, regnante Philippo rege, anno ab incarnatione Domini millesimo CXXXVIIII[1]. — Geraldus capellanus scripsit.

532.

XII^e siècle.

Ego Vedianus dedi Deo et sancte Fidi domum meam quam habebam in mercato, pro redemptione anime mee et anime patris mei et matris mee, et ut reciperent me in monasterio et darent michi habitum monachi. Et ego Petrus de Marcols et uxor mea dedimus similiter si quid juris habebamus in eadem domo, et habuimus a monachis hac de causa XXX solidos. Et ego Ugo Rosselz et uxor mea similiter dedimus si quid juris habebamus in eadem domo, et habuimus XXX solidos hac de causa ab ipsis monachis. Et hoc donum fuit factum Bernardo abbati. Testes : Hector de Audiz, Vedianus monachus, Willelmus de Teleito, Deusde del Gua.

533. DE HONORE SANCTI MAMETIS.

XII^e siècle.

Breve de illo honore quem Stephanus del Mas et Bernardus habent de S. Fide. Hoc est : lo feus de ecclesia S. Mameti, et el Mont lo detme de IIII mansos ed una appendaria, et a la Bezeira lo desme d'un mas, et a Mesermont lo desme d'un mas, et en Viol lo desme d'un mas, et a Forces lo desme d'un mas, el mas de Montraissan e la vestizon, el mas de Rossin e la vestizo, el mas dal Orador e la vestizon, el mas de Costa Rossa e la vestizon, et el mas dal Poig I francesq de seguel et altre de civada et I agnel et III diners e la vestizon, el mas del Termen atretant et

1. Charte partie. — Le copiste a oublié le chiffre L après C. Les indications du jour et de la lune se rapportent à l'année 1189.

una condamina e la vestizon, et el mas de la Borgada las duas partz et la vestizon, el mas de Castanner lo detme, e tres bordarias en la villa de S. Mamet e la vestizon, el detme d'un mas a las Casellas, e la meitad del detme de tres mas de Mala Languas.

534. ANDOERCS.

XII^e siècle.

Noverint præsentes et futuri quod Azemarus sacrista, voluntate et consensu eorum de Broa, redemit decimam mansi de Andoercx que erat in pignora pro L solidis Caturcensibus, et insuper dedit eis X solidos ejusdem monete, et promisit se in fine unum eorum monachum, tali convenientia ut ipsa decima remaneret in monasterio in perpetuum.

535. [DE ECCLESIA DE ASELLAC.]

XII^e siècle.

Breu del do que Raimuz Bernarz de la Peniza fecit Deo et sancto Salvatori et sancte Fidi et abbati B. et monachis de Conchis præsentibus et futuris. La æcclesia d'Asellac et totum quicquid ibi pertinet scilicet ecclesie ita dedit et laudavit ut melius ibse abuit.

S. Stephano de Monte Pesato et Arnal de Roset et Arnal de Guarnel et Albiro[1].

536. [DE ECCLESIA DE NOVA VILA.]

Après 1108, juillet.

In Dei nomine. Ego Aldoinus de Parisio et uxor mea Lucia damus Deo et sanctæ Fidi de Conchis atque Bonifacio abbati monachisque tam præsentibus quam futuris ejusdem loci ecclesiam de Nova Villa et mansum ecclesiasticum in dominio et medietatem decime de tota parrochia et aliam medietatem in convenienciam et totum quod ad ipsam ecclesiam pertinet. Similiter

1. Une main postérieure a ajouté : « Autre Raimonz qu'el do fez e Deodatus Avitus monacus que o pres. »

damus turrile quod est inter salam et ecclesiam cum exitu camere post furnum et hortum quem tenuit Aimericus Barranus et custodiam de boscho in circuitu et el prat inter Vaurum et castellum. Hoc autem donum facimus pro salute animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum.

S. Aldoini et uxoris ejus qui hanc cartam jusserunt fieri. S. Guirmundi monachi. S. B. abbatis. S. B. d'Albaroca. S. F. de Bel Castel. S. de Marcel. S. Hugo de La Roca. S. M. de Paris. S. D. de Sancto Jurio. — Facta carta regnante Ludovico rege Francorum, mense julio.

537.

xiiᵉ siècle.

Breu del mel sanctæ Fidis. Li mas de Bramaric, II sestiers. Lo mas Garnairencs, I sestier. Lo mas Guilfre, I sestier. Lo mas del Erm, I sestier. Lo mas della Faurga, I sestier. Lo mas de Casellas, I sestier. Lo mas del Casal, I sestier. Lo mas del Forn, I sestier. Lo mas della Verna, I sestier. Lo mas del Cassan, I sestier. Lo mas del Troil, I sestier. Li mas del Poi, II sestiers. Lo mas della Broza, I sestier. Lo mas del Castanner, I sestier. El capmas de Terondelz, I emina. El capmas dellas Ginnosias, I emina.

538. [DE ECCLESIA DE AFRAGNIO SIVE VAURO.]

1060-1065, novembre.

A primo nempe exordio catholice Christi æcclesie de propriis facultatibus ac donationibus ditantur et personam donatoris deinde res que donantur oportet subtitulari. Idcirco ego Willelmus et frater meus Petrus et filii nostri Raimondus et Hisarnus et Guilabertus et Bernardus et Petrus et Ugo cedimus et donamus sancto Salvatori de Conchas et sancte Fidi et abbati Odolrico et monachis ejusdem loci tam præsentibus quam futuris illam nostram æcclesiam quæ vocatur Afragnio sive Vauro, que olim consecrata est in honore sancti Christofori, cum toto alode quæ ad ipsam æcclesiam pertinet. Est ipsa enim æcclesia in pago To-

losano. Istam ecclesiam supra scriptam, sicut jam dictum est, pro salute animæ nostræ et omnium parentum nostrorum, et cum consilio Willelmi comitis et domni Duranti episcopi Tolosensis et consilio nostrorum militum Bernardi Malamusca et Bernardi Gamalberti et filiorum ejus Petri Bernardi et Poncii Berengarii et Atonis Geraldi, cedimus et donamus prædicto monasterio de Conchas et monachis ejusdem loci, sine ullo contradicente. Et facimus convenientiam abbati Odolrico de Conchas ut in alodio de castello de Vauro alicui sancto non donemus licentiam faciendi salvetatem nisi prædicto abbati Odolrico et monachis de Conchas. Laudamus et confirmamus donationem quam faciunt milites nostri de corporibus suis et de uxoribus suis et de filiis suis et de omni progenie sua ut in alio loco non sepeliantur nisi in prædicta salvetate propter amore sanctæ Fidis.

Facta carta ista in mense novimbrio, feria v, regnante Philipo Francorum rege. — S. Willelmus et Petrus frater ejus qui cartam istam scribere vel firmare rogaverunt. — Ego Ato Geraldus et Berengarius et Willelmus Bernardus et Bernardus Malamosca et Bernardus Gamalbertus donamus et laudamus istum alodem suprascriptum. — Johannes monachus scripsit.

Ego Willelmus et uxor mea Berta et filii nostri Raimondus et Isarnus et Guilabertus et Bernardus et Petrus et Hugo donamus et absolvimus filios et filias Grimaldi sancto Salvatori de Conchas et sanctæ Fidi et abbati Odolrico et monachis de Conchas bona fide.

539. DE CHAVANNICH.

1163-1179.

Ego Galterius Dei gratia Lingonensis episcopus omnibus in posterum. Convenerunt in presentia nostra abbas sancte Fidis Isarnus dictus cum quibusdam fratribus suis et Guido comes Salionis et ejus frater Ebalus super dubitacionem cujusdam controversie quæ inter eos versabatur de potestate ville dicte Chavannich. Cognoverunt itaque in audientia nostra prefati viri Guido et Ebalus quot in villa Chavannich nichil haberent, præter magnam justiciam et majorem ville et hominem quemdam alium Guidonem dictum et familia ejusdem et mansum unum majoris

ipsius et liberam villæ custodiam; non nisi hec omnia prædicti fratres sancte Fidis dictos viros habere in villa illa cognoverunt, sed tamen mansum majoris dicebant eos ibi habere ut ibidem reciperentur in hospicio et non alibi si forte in villam venirent. Consilium tamen fuit prædictorum fratrum ut ad tempus sustinerent præfatum Ebalum qui rem tenebat quam præscripsimus in villa illa tenere, sub hac condicione quod quandocumque fratres reclamare voluerint idem Ebalus vel qui pro eo rem tenuerit ejus super hoc justicie stabit. Juravit sepe dictus Ebalus quod nulla alia nisi præscripta a villa ibi exigeret neque extorqueret neque talliam, nec aliam exactionem, neque procurationem, neque hospitalitatem qui vulgo dicitur albergarta. Protaxatus vero comes spopondit se facturum bona fide justiciam de fratre suo Ebalo, si qua alia quamque ipsi cognoverint a villa dicta extorqueret. Ut autem hoc firmiori muniretur stabilitate per manum nostram factum est et auctoritate firmatum. Hujus rei testes sunt Gerardus Lingonensis archidiaconus, Radulfus, Matheus Benignus, canonichi, Philipus abbas Sancti Benigni, Paganus, Olevarus, milites.

540. [DE CONTENZOSA.]

Vers 1060.

Noscant presentes et futuri quod ego Berengarius de Coderco et filii mei Raimundus, Pontius, Bernardus Willelmus donamus Deo et beate Fidi et abbati Odolrico alodium de manso illo qui dicitur Contenzosa et quicquid poteramus querere in illo vel alius aliquis per nos, ut monachi beatæ Fidis habeant et sine omni calumnia in perpetuum teneant. Et nos omnes prædicti filii ejus promittimus et etiam jurejurando affirmamus ne unquam amplius aliquid ibi requiramus vel aliquis alius per nos. Hujus doni testes sunt: Berengarius Raimundi, Rigaldus de Coderco, Petrus, Oddo, Raimundus Oddo, Bernardus Bego.

Ego Bertrandus scripsit.

541. [DE SANCTO CYPRIANO.]

Vers 1170.

Breve quod fecit facere Petrus de Ariac et infantes ejus Petrus et Hugo. Donamus Deo et sancto Salvatori et monachis ejus tam

præsentibus quam futuris pro redemptione animarum nostrarum nostram partem decime sicut Duzus descendit usque in Dordonem, et a Dordone qualem cumque partem habemus, et hoc est a Duzone in ultra et a Dordone in ultra. Preterea quando hoc donum fuit factum, Gaucelmus abbas redemit hanc ipsam partem decimæ tres marchas argenti.

S. Hectoris vicarii. S. Hugonis Cendra. S. Petri de Cumba Mellesca. S. Deusde Petri de Argac. S. Deusde Benedicti. S. Petri Deusde de Conchis. S. Deusde del Ga. S. Willelmi de Tellet. — S. Girberti qui hanc cartam scripsit.

542. [DE JOANENC.]

Fin du XII^e^ siècle.

Notum sit omnibus hominibus quod, temporibus domini G. abbatis, Bego de Conchis, prior Pomarii, ante presenciam ipsius abbatis, dedit fratri suo F. de Conchis mansum Joanenc de summa quod erat in dominium sancte Fidis pro medietate decime quam habebat in manso hospitalis et in ipso hospitale. Quod si aliquis hoc donum tollere voluerit, sit cum Datan et Abiron in infernum, amen.

543. [DE SANCTO CYPRIANO.]

Vers 1170.

Ego Petrus de Ariac et mei infantes alteram nostram partem decime sicut Duzus descendit usque in Dordonem davas sanctum Ciprianum impignoramus Gaucelmo abbati et monachis sancte Fidis quinque marchas argenti, terminum in ramis palmarum.

S. Hectoris vicarii. S. Hugonis Sendra. S. Petri Hugonis de Cumba Mellesca. S. Deusde Petri de Arriac. S. Deusde Benedicti. S. Petri Deusde de Conchis. S. Deusde del Ga. S. Willelmi de Tellet. — S. Girberti qui hanc cartam scripsit.

Ego Petrus et mei infantes debeamus esse de hoc honore defensores boni contra omnes homines.

544. [DE PRADIS.]

1108-1144.

In Dei nomine. Ego Hector et Ponzcius de Cambolaz et ego Gago et ego Raimondus qui vocatur Falcus, d'aquesta hora ade-

nant, ella vila de Pradis, home ni femena des las crodes en inz non i prendrem nilli ferrem, nilli auceirem, ni son aver nolli tolrem, ni far nollo farem, ni de foras las croz home ni femena que della vila sia estadoris, se per forfaitura que faitans agues, non o faziam et aquo no faram tro all' abat et al prior quella vila tenria, clamat o acsem una vice vel duas, e se elz redderzer non o fazio que non pressem sobre nostre dreig, e senesciament o efrangriam fers XIIII dias, ab somoniment dell abat o de so messatgue, o del mongue que la vila tenria o de so messatgue, o emendaram; aissi o tenrem et o atendrem per fe e senes engans per es sainz evangelis. Autores: Ademarus Rutenensis episcopus et Odolricus archidiaconus et Guilelmus.

S. Azemarus d'Auriac. S. Gag de Peira Bruna. S. Folquems de Segur. S. Bernardus qui vocatur Grecus. S. Bernarz Guiralz de las Salas. S. Bernarz de Cannet. S. Deusde de Cannet e Peire della Vallada. S. Rairalz lo monges, et altre molt que o viro e que o audiro. — Regnante Ludovico rege.

545. [DE ECCLESIA DE SALANAC.]

1087-1107.

Ego Petrus et Guido et Bernardus fratres mei de castello d'Amiz damus Deo et sancte Fidi et abbati Begoni et Bertrando Ademaro et monachis tam præsentibus quam futuris ecclesie sancte Fidis Conchensis hoc totum quod abebamus de vicecomite de Cartlat in ecclesia de Salanac, scilicet totum fevum presbiterale et decimas et proferencium, pro salute animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum. Quod si aliquis parentorum nostrorum hoc donum tollere voluerit, sit exereditatus de terra nostra et pereat cum Datan et Abiron in infernum, amen. Et ego Petrus, si quis de parentibus calumniaverit, dono el mas de Serra et el mas de Tresagas, et ego Guido dono ellas decimas de Casanas et de Jou et de Prebilangas; hoc totum damus ses totas altras retegudas.

S. Petri et Guidonis et Bernardi qui hoc donum fecerunt. S. Guillelmi de Gabriac et Rigal Sairebrec et Peiro Gasco qui hoc audierunt.

548.

Après 1107.

Breve della honor dell abbadia quem fecit scribere Bonefacius abbas et Hugo de Combret lo mongue, del plait quem fecit cum vicariis per autorici et per laudament del abbad Bego et de Bernard veguer e de Guirmum lo morgue, de duas maisos que son laz la gleisa, ella cort el prat domergal all abad en domini; el veguer devun alier[1] talem censum in uno quoque manso d'aquesta honor: elz mas vestiz lo terz della vestizo, el terz dellas justizias et arberg a IIII homes manjar e disnar a kalendas o III deners, et a meissos a II homes fogaeza e vin et ova et fromatgue o II deners per menester et manjar e disnar ad unum hominem, all'arberg meissoneig del morgue, o II panes a kalendas per istum arberg, tals quals lo vilas fara en sa maiso de froment o de seguel, o II diners et I sester de froment alla mensura a qual lo quartz sera levaz del sol, e II deners, el quart dellas gèissas caninas; et delz mas Erms debet habere monacus los patz en domini o III deners per carreig et I molto; e czo deu esser en causit del morgue; et usquegs mas debet III solidos de vestizo et III sesters de civada, e de czo es lo terz als veguers. Dell' apendaria quel Corsers tenet et d'aquella de Guiral Aldeguer et de alias que sun en esta honor, debet habere monachus lo quart el ces ella vestizo; el veguer debet abere los ortals elz pradals, e devun far lavorar atretant del quarttal don lo morgues habeat quart e so ces. Lo mas della Casa ell'apendaria de la Czolleira au a feu dell'abad e devun esser sei ome, e devon arberg omnique an tal qual volra et al morgue so servizi. De totas las apendarias e de totas las terras que sunt in isto honore, excepto manso del feu et apendaria et III apendarias que sunt de vicariis, de ecclesias quartz et ces et vestizos all' abad en domini, fors lo terz del veguers. De tota esta honor debent esse garde abbatis et monachi; quod si aliquid perderent per lor mala garda, debent emendare et debent dreit fermar abbati et monacho quantaz vez o volran per lo justizia, et debent far salvum sacramentum abbati que per fe e per belmenun, et d'aquesta

1. Pour *aver* sans doute.

honor debent venire a laudament de Peiro della Czolleira per laudamentum abbatis et monachi et de so cossel. Istam cartam confirmavit abbas Bonifacius et Bego et Hugo de Combret, Bernardus vicarius, Guirmundus monachus.

o 547[1]. CASTEL MAURO.

1106, octobre.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Amelius Tolosane urbis episcopus, cum consilio dominis Castri Mauronis scilicet Bernardi de Quintil et Jordanis fratris ejus et Vitalis et Gauzberti et Peregrini, nos omnes insimul damus domino Deo et sancti Salvatori de Conchis et Begoni abbati et monachis præsentibus et futuris Deo servientibus illum montem in quo hedificatur ecclesia in honore Deo et sancte Fidis, sicut fontes decurrunt per circuitum per concava loci et sicut mons dividitur per cruces quas manibus nostris posuimus. Et ibi constituimus salvaterram in honore Dei et beate Fidis, tali pactu ut nullus miles neque cliens neque joculator habeat ibi domum ad habitandum, omnisque census et omnes fiducie et omnes redditus et leide macellorum et salis et omnes donationes sint monachis in perpetuum, sicut monachi melius habuerunt in villa de Cassagalater. Et si aliquis homo vel femina habuerit feodum in villa illa de monachis et voluerit vendere vel dare vel inpignorare alicui homini, faciat cum consilio prioris; et si voluerit facere sine consilio prioris, revertentur ecclesie. Et si aliquis homo est in villa illa qui haberet possessiones terrarum vel vinearum vel ortorum vel domorum et in morte sua non haberet filios vel filias legitimos ex uxore sua vel recesserit a villa illa, omnes possessiones supradicte revertentur in dominio ecclesie de salvateria illa. Monachi habeant clibanum suum in quo omnes decocant panem suum. Hoc totum damus et concedimus sicut supra scriptum est, et manus nostras ponimus super sancta evangelia ut hoc teneamus et tenere faciamus et possidere sancte ecclesie Conchensi et B. abbati et monachis presentibus et futuris ut ibi sem-

1. Les numéros 547 à 556 sont écrits sur les feuillets de garde, en tête du volume.

per sit habitatio eorum secundum possibilitatem nostram, et ut monachi pro nobis et pro omni projenie nostra implorent jugiter misericordiam Domini. Hoc itaque donum in tali convenientia datum est ut, si ullus abbas de hoc a fevum donaverit, propinqui nostri in monasterio usque tercio recuperare faciant. Et hoc donum manendo tali stabilitate firmamus in posterum quod aliquis de propinquis nostris non infringat vel conturbet, sed semper Deo et sancte Fidi istud donum superius scriptum ratum et inconvulsum et illesum per omnia conservetur. Si vero, inmutata voluntate, nos aut aliqui parentum nostrorum hoc donum usurpare aut calumpniare præsumpserimus, nulla sit licentia; sed insuper quod lex jubet faciamus et honorem monachis sancte Fidis sicut supra scriptum est quiete tenere faciamus.

Anno ab incarnatione Domini M C XI[1], regnante Philipo rege Francorum, mense octobris, feria IIII. — S. Amelii episcopi, et Bernardi de Quintil, et Jordanis, et Vitalis, et Gauzberti, et Poncii, — et Geraldi monachi qui hanc cartam scripsit.

C 548. BELMONT.

XII^e siècle.

In Bel Mont et in honore ipsius, XII mansos, videlicet : II mansos de Faurgas, et mansum del Olm, et mansum de la Serra, et mansum da Poh Calvell, et mansum dal Boac, et mansum dal Amarvidia, et mansum dal Nogueir, et mansum de la Bonafossia, et mansum dal Toron, et mansum dals Barssos, et mansum dels Lemotgas.

549. [DE POMAREDA ET DE CASTLAR.]

1087-1107.

Ego Bernardus Bego et Petrus et Hector et Bernardus et Jubelinus et Deusdet et Willelmus filii mei donamus sancto Salvatori et sancte Fidei de Conchis et Begoni abbati et monachis præsentibus et futuris quartam partem decimi de Pomareda pro salute

1. Dans la date, x est sans doute pour v.

anime mee, et propter istum honorem facio me monachum; et similiter donamus totam illam decimam quam habet Geraldus de Castaliaco in pignora per XII solidos Podienses in toto illo vinobre de Castlar del laus e della foillada et de toz los frauz.

S. Rostanni. S. Bermundi. S. Willelmi. S. Petri de Cerveira et fratrum suorum, hoc est Hectoris et Bernardi, Jubelini, Deusdet et Willelmi.

550. [DE VENTAIRO.]

XI^e siècle.

In Dei nomine. Radulfus Plaissars cum filiis meis Lauoderio, Ismidone, Bermundo Cota Vaira dono Deo et sanctæ Fidi de Conchis in castro de Ventairo unum nostrum hominem Umbertum nomine cum omni pertinentia sua, pro redemtione anime mee et omnium parentum meorum. Quod si quis de posteritate nostra hoc donum infregerit vel deminuerit, disperdat illum Deus de terra viventium et sit cum Datan et Abiron in infernum, amen.

S. Lauderii. S. Ismidonis. S. Bermun Cota Vaira. S. Umberti cum filio suo Geraldo. — Est autem locus iste in episcopatu Gapecensi in Romano itinere.—S. Petri Geraldi. S. Umberti filii ejus.

○ 551. [DE ECCLESIA DE MALA VILA.]

XII^e siècle.

Ego Hugo della Rocca dono sancto Salvatori et sancte Fidi de Conchis et monachis lo mas de Castan, el desme de Mauront el desme de ecclesia de Mala Vila, ella capella similiter, pro sepultura mea et redeptione anime mee et ut cantentur mihi mille misse in monasterio sancte Fidis, ubi tumulatus quiesco.

○ 552. VERNIOLS.

XII^e siècle.

Guirbertus de Vilscamps et Ugo frater ejus dant Deo et sancte Fidi XII denarios in manso de Verniols, ut Deus auxilietur eis, amore beate Fidis, in presenti vita et in futura; et debent reddi in festivitate beati Andree.

553. TANGIT PRIORATUM DE CALMO.

1031-1060.

In nomine Domini. Ego Rigualdus de Mirmonte et Stephanus frater meus donamus sancto Salvatori et sancte Fidis de Conchis et abbati Odolrico et monachis ibi Christo servientibus et avunculo nostro Abboni illos IIII mansos ad fevum et alodium ubi villa constructa est de Bella Calme, sicut nos melius habuimus et tenuimus, hoc totum donamus sancto Salvatori et sancte Fidis de Conchis, pro salute animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum. Et ego Stephana cum consilio mariti mei Rigualdi del Belteiresco dono medietatem de his duobus mansis, scilicet fevum sancto Salvatori et sancte Fidis de Conchis, set retineo VI solidos pro recepto et VIIII denarios ad kalendas et alios novem ad meissones et unum multonem et medietatem quarti de supra dictis mansis. Ego vero Geraldus Aquilo dono vicariam sancto Salvatori et sancte Fidis de Conchis cum retinencia de quatuor sestariis annonæ et V casales.

S. Ugonem Gardoacum. S. Petrum archipresbyterum. S. Otonem lo Campanegscum. S. Rigualdum capellanum de Conchis.— Facta quarta ista regnante Heenrico rege Francorum.

554. [DE LA CALM.]

XII^e siècle.

Noscant præsentes et futuri quod ego Iterius de Mirmunt, pro salute anime mee et paræntumque meorum dimito in pace cartam partem de l'arberhc quam habebam in ecclesia sancte Fidis de la Caml. Similiter dimitto c, solidos quos habeo in parte fratris mei D. Hoc fuit factum in presentia V. abbatis. Hujus rei testes sunt : P. d'Aurico, E. prior, D. sacrista, G. Olrich, B. del Ga, G. archipresbiter, et G. de Mirmont qui tunc temporis erat prior prænominate domus de La Calmz.

555.

XII^e siècle.

Censsus panis. De Campanhac e l'Ospitals et Sanhs Felihs

CXII sestier. De Palaiz CXII. De Marcilhac XL e IIII. De Sainhc Satorni XL. D'Espairac V et emina. De Pomeir V et emina. De la Capela XX e II. De Mala Vila XII. Da Fermi XII. Da Levinhac XII. Das Savinhac X. Da Cobizo VIIII. Da Persa XII. Da Pradas V et emina. Da Monbazencs IIII. De Viviers II. De la capela de Cabanas II. D'Aurlhaguet XI. Ecclesia de Bars debet facere mensem marcium integre. Eclesia de Sanhas et sancti Cipriani et Novavila debent facere mensem augustum integre.

556. [DE ECCLESIA SANCTI SATURNINI.]

1099-1107, mars.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Ego Bego de Calmonte et uxor mea Florentia et filii nostri Gauzfredus et Stephane et Willelmus donamus sancto Salvatori et sanctæ Fidei de Conchis et domno Begoni abbatis et monachis præsentibus atque futuris de Conchis illam nostram ecclesiam que vocatur sanctus Saturninus cum capello de castello de Roca que pertinet ad eandem ecclesia pro salute animæ nostre et omnium parentum nostrorum. Si quis ex eredibus nostris contra hanc donacionem ullam calumpniam generare voluerit, sit exeredatus de omni honore nostro et maledictus et excommunicatus et habeat partem cum Datan et Abiron in infernum, amen.

Scripta carta ista in mense marcio, feria V, regnante Philippo rege Francorum. — S. Begonis de Calmonte et filiorum ejus qui hoc donum fecerunt. S. Bermon de Veireiras. S. Ugonis Willelmus. S. Isimbardi. — Ego Ademarus Rutenensium episcopus cum consilio clericorum meorum hoc donum laudo et confirmo. Ego Odalricus archidiaconus confirmo et laudo. Ego Odalrichus archipresbiter laudo.

c 557[1]. [DE PONTE.]

1218, mai.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Domini M CC XVIII

1. Le numéro 557 est écrit dans la marge du deuxième feuillet, qui contient le commencement du numéro 1 du cartulaire.

mense maii. Notum sit omnibus hominibus quod ego Pontius de Veteri Via positus in gravi egritudine, bona tamen memoria, dono et reddo animam et corpus meum Deo et sancte Fidi, et dono et concedo, relinquo et lego Deo et sancte Fidi et W. abbati et conventui de Conchis, pro remissione omnium peccatorum meorum, totum mansum de Ponte cum omnibus pertinenciis quas Durantus de Ponte et Deodatus cognatus ipsius de me tenent cum omni jure et actione quam ibi habeo vel habere debeo vel aliquis pro me, videlicet census, usaticos, servicia, forcias, pro quibus omnibus D. de Ponte et D. cognatus suus dant mihi quolibet anno LX solidos Ruthenenses; de quibus habeat abbas XX solidos, et ad luminaria ecclesie sint alii XX, conventui XV, camerario V solidos; et reddo corpus meum pro monacho in manus W. abbatis de Conchis. Testes... de la Glandeira, D. de Romaniac. Va...illac, — et Alexander qui jussu supradictorum omnium hoc scripsit.

C 558[1]. [DE ECCLESIA DE PALACIO.]

1225, 7 janvier.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii sancte Fidis Conchacensis salutem et apostolicam benedictionem. Solliciti ne vestra ecclesia de Palacio, post decessum Tebaldi clerici, nepotis dilecti filii magistri Obizionis, subdiaconi et notarii nostri, cui eam contulit venerabilis frater noster C. Portuensis episcopus, dum in partibus illis legationis officio fungeretur, per apostolicam sedem alii conferatur extraneo ac deinde alii, prout aliquando fieri consuevit, et sic a vobis fiat quodammodo aliena, supplicavistis ut super hoc paterna providere sollicitudine dignaremur, nos igitur, vestris precibus benignum impercientes assensum, vobis auctoritate apostolica indulgemus ut, præfato clerico decedente, ecclesia ipsa ad donacionem vestram libere devolvatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atemptare presumserit,

1. Le numéro 558 est en marge de la charte intitulée De Palacio, n° 20.

indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Laterani, septimo idus januarii, pontificatus nostri anno nono.

o 559[1]. DE PORTU DE BLADENET.

1183, 9 avril.

Notum sit præsentibus et futuris quod Durantus Hectoris, in extremis positus, dedit sancto Salvatori et sancte Fidi et monhacis Conchensibus præsentibus et futuris et famulis eorum undecumque venientibus et euntibus in sua parte portus de Bladenet transvectionem sine precio. Et hoc concessit uxor ejus B. et filius ejus V. fratres vero ejus Raimundus et Berengarius, in sua parte, prædicti portus concesserunt similiter eisdem monhacis et eorum famulis transvectionem sine precio. Hector quoque Bernardi et Bernardus Hectoris, si quid habebant vel ad eos aliquo modo provenire poterant, totum eodem monasterio concesserunt Deo et beate Fidi et monachis prædictis et eorum famulis. Et hi omnes supradicti juraverunt as prædictas donationes et concessiones jam dicti portus se sine omni violatione hac violentia observaturos. Et his omnibus militibus supradictis concesserunt domnus G. abbas et conventus et promiserunt habitum religionis illis in extremis positis se daturos. Quod si superni tenerent, deberent de suis rebus dare Deo et beate Fidi quod gratum sit et acceptabile. Sub eodem sacramento promiserunt et jam dicti milites quod, si aliquid illorum a predictis monachis vel eorum famulis aliquid extorqueret pro transvectione, de propriis rebus eis redderent.

Facta donatione ista anno ab incarnatione M C LXXXIII in sabbato pascali. — Hujus donationis testes sunt... B. prior Pomarii, Poncius Alb..., et Galterius, et Oliverius, et D. presbyter d'Espairac, et V. de la Ginesta, et D. presbyter de Pom..., et V. Faraldi, et Guido de P... Montis Arnaldi.

1. Le numéro 559 a été intercalé entre les numéros 75 et 76.

560[1]. MALAVILLA.

1099-1144.

Ego Ill... et Ill... ad honorem Dei et sanctæ Dei genitricis ejus Mariæ et beati Petri apostolorum principis, commonente et suadente domino Adimaro Ruthenensi episcopo, cum consilio militum de castro Male Villæ, pro redemptione animæ meæ et parentum meorum, promitto domino Deo et beato Petro quod ad dampnum alicujus xxx æcclesiasticos passus circa hanc æcclesiam beati Petri non infringam neque aliqua persona per meam voluntatem; et si aliqua persona infringerit, cum illa pacem et amiciciam quoadusque emendet non habebo; et hanc promissionem meam super hoc altare propria manu jurejurando firmo. Et mansum del Castan et terras de Vernouil quas in partem suam Raines de Belveder habebat, sicut ipse Raines Deo et beato Petro manumisit in morte sua, ego Stephanus de Malavilla et Hugo de illa Rocha ipsi æcclesiæ beati Petri, pro amore Dei et animarum nostrarum remedio, liberum omnino et quietum dimisimus.

561. CEPED.

Après 1112, 25 mars.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Ego Petrus de Sancto Ciricio et fratres mei Bernardus et Willelmus conveniemus nos ut essemus monachi ad sanctam Fidem. Primitus ego Petrus de Sancto Cirico laudavi me monacum facere, qui dedi honorem quem habebam in parrochia sancte Marie de Cepet, totam et integram quem possidebamus cum essemus fratres, dono ego ad sanctam Fidem et a domno abbate Bonifacio et a domnis monachis qui ibi sunt nec futuri erunt. Adjacencia ejus honoris est que dicitur a molino Jordanis usque in Cabdiner, et in alia parte de Brugeiras usque in villa que dicitur Sancta Cruce. Et si Ber-

1. Le parchemin a été lavé et gratté entre les numéros 84 et 85 et les numéros 560 et 561 ont été intercalés.

nardus vel tantum Villelmus volunt esse monachi, cum honore que supra perlata est et cum alia magis pecunia facere debent. Istum prædictum honorem dedit Petrus et Villelmus et Bernardus franca, sine ulla reteguda, exceptis his verbis ut essent monachi cum magis dent pecuniam.

Facta carta VIII kalendas aprili, feria III, regnante Lodoico rege Francorum, Ildefosso comite Tolose, Amelio episcopo sedem episcopalem. — Et nos testes : Pontius, Raimundus, Pontius Berengarius, Arnaldus Raimundus, Pontius Ademari, Pontius de Velaiga, Calvet Rotbert, Bernardus de Albaroca, Arnaldus monachus, qui viderunt et testes sunt.

c 562[1]. [DE ECCLESIA DE FLANIACO.]

XII^e siècle.

Ego Hector Rigaldus laxo Deo et sancte Fidi et monachis de Conchis pro anima mea illum meum pratum de æcclesia de Flaniaco, qui est in pignora pro IIII solidis; et do dimidium decimum de Planeza quem videor partire cum Frotardo Rosat, ut habeant semper, et rogent Deum per me. Si vero unquam illi dimiserunt, filii mei Aimericus et fratres ejus aut propinqui mei ponant IIII denarios super altare sancti Salvatoris et possideant.

S. Aimerici. S. Raimundi. S. Guillelmi.

o 563[2]. [DE ECCLESIA DE SANCTA JOLETO.]

XII^e siècle.

In onore domini Jhesu Christi.., et mulier sua, et Bernardus Ugo cum filii sui donamus ecclesiam que vocatur sancta Joleto, lo mas ecclesiasticus et decimum totum et abintegrum; donamus similiter el mas de la Crux sex dineirs, magenco III et careio III; ell' apendaria de Connago sex diners de censu donavit Petrus Raimundus; el mas del Bosco sex diners, III de magenco et III de careio, donavit similiter Raimundus Revellus; illos pratos de la Effermaria donavit Bernardus Hugo; similiter Petrus Rai-

1. Intercalé entre les numéros 94 et 95.
2. En marge du numéro 106 et rogné par la reliure.

mundus donavit lo mas del Cassanno, post mortem suam, in conveniencia ut sepeliant illum. Ista honore donaverunt et istam ecclesiam et airalos et vinataria, in conveniencia que sit formida ecclesia in servicio Dei. Est auctor Garmerius, et Ugo... ebreuna, Petrus, Iscafredus[1].

○ 564[2].

XII[e] siècle.

[Ce]nsus panatarie monasterii Conchensis sive pensiones. [Pri]or de Perza et de Campaniaco, VI[XX] et XII sestarios. [Pri]or Sancti Saturnini, XL sestarios. [Prio]r de Orliagueto, XI sestarios. [Pri]or de Marciliaco, XLIV sestarios. [Pri]or de Novavila, X sestarios. [Pr]ior de Femino, XII sestarios. Prior de Clauniaco, XII sestarios. Prior de Proenqueriis, V sestarios mina. Prior de Pratis, V sestarios mina. [Pri]or de Viviers, IV sestarios. [Pri]or de la Besa, II sestarios. [Pri]or de Flaniaco, XIV sestarios. [Pri]or sancti Marcelli, V sestarios. Prior d'Espairac, V sestarios mina. Locus de Marinescas, VI sestarios mensura Ville Nove. Prior de Brommaco, II sestarios pro capella sanh Sainsars. Li bogier de Monbaperenx, III sestarios, non debet portare. Prior de Bromo, C sestarios.

565[3]. DE LECHAIRAG.

1087-1107, novembre.

In nomine Domini. Ego Ermengardis visce comitissa filia Rangardis donator sum domino Deo et sancte Fidis illa alberga et illa esplecta que habeo in ipsa villa que vocatur Licairag, totum et abintegrum, propter anime mee et per emendacionem de peccatis meis et pro remedium animas patri meo et matre mea et pro remedium anime seniore meo Raimundo et pro salvatione filio meo Bernardo Atto et pro remedium anime parentorum meorum, ista honore suprascripta dono domino Deo et sancte Fidis de

1. Une main postérieure a ajouté : *el mas de Fenassac similiter.*
2. En marge du numéro 141 et rogné par la reliure; écriture du XVI[e] siècle.
3. Intercalé entre les numéros 391 et 392.

Conchis et domno abbati Begoni et omni congregacione fratrum qui ibi sunt nec in antea advenerunt, et per istam convenienciam quia nec ego nec ulla potestas que ibi sit nec in antea adveniat in commitatu Karchasona nec ullus homo per illos non possit ullam rem adquirere.

Facta carta et donacio ista sub die feria II, in mense novembri. — S. Ermengardis qui ista carta scribere fecit et firmare rogavit. — Regnante Philippo rege. — Teste Petro monacho. — S. Petro Arnal. S. Petro Ricart. S. Bernat Atto. S. Willelmi Poncii. S. Petro Rainun. S. Fulc. S. Ragal. — Stephanus presbiter rogatus scripsit die et anno quod supra.

C 566[1]. DE MARCILAG.

XII[e] siècle.

Lo judizi que det Oalricus l'archidiagues e Peire de Cormol e Peire Escafres entre Bernart lo morgue da Tresbos elz veguers da Marcilag. Ricarz li comtessa dedit domino Deo et sanctæ Fidis novem mansos, et VIII apendarias; et illi de Marcilag anparabant III mansos per alodem d'aquesta laisa, e dizo que teguz los au ses anparament il ellor paire et idsi autori, eisque Ector de Vivers lo morgues los anparec a lor paire; e aquel qu'aizo laudero demandero lor cal autorici n'avio d'aquestz mases, et il didsero que Bernart lo morgues lor tolc lor cartas dellor arca; e laudet om a Bernart lo mongue qu'en ditses zo ch'en zabia e que fedes jurar asso messatgue que no sia se mentitus ne perjuratz, que plus nos sapia d'aiso, e con o aura fait qu'en sia creduz essoz altre autorici, non auquel laiso acquest anparament a Deu et a sancta Fidis, ella perdoa que faza ella messio que il emendo del ferir e dell'evaziment que il ne feiro que illo aderguo, per laudament del bistbe, ella vegairia que i demando devol far saber que a dreig l'a i aia, e el deu la lor laisar zo que non es e servit del judizi an aquesta carta sia pel reconoisement del archidiage o de Peiro Escafre o de Peiro de Cormol. Ad aquest plaig esco bonas sis dregudas, cant aiso er fait pel reconossement del morgue.

1. Intercalé entre les numéros 401 et 402.

567[1]. [DE GRAISAGO.]

XII^e siècle.

Bernardus Odo donavit in Graisago inferiori unam mediam appendariam et medium quartum et tres medallas de censu. Auctores sunt Bernardus et Rigaldus de Moreto et Guido de Patiato.

568. [DELLA FABREGA.]

XII^e siècle.

Petrus Odo donavit ella Fabrega tres eminatas de terra et unum agnum de censu. Auctores Ademarus de Noacella et Petrus della Roca. Bernardus de Moreto a fidancia et Rigualdus.

569[2]. [DE TRELES.]

Après 1107.

In nomine Domini. Notum sit tam præsentibus quam futuris quod Bonifacius abbas Conchensis venit ad donum A. de Bresonz, cum esset positus in egritudine, et dedit ei filium suum nomine Eliam in monachum, et si de ipso evenerit, illum qui nasciturus est de uxore sua, si màsculus fuerit, vel unum de aliis, si in voluntate ei evenerit. Propter hoc etiam ego A. dono sancto Salvatori et sanctæ Fidi de Conchis, in villa de Treles, cc solidos Melgorienses quos habebam in pignora de ipso abbate et insuper cc xxx solidos Podienses, sicut habebant in pignora de Petro Arcmando et filiis suis et fratre ejus S.; et cum capella ibi iniciata fuerit, uxor mea et filii mei dent ibi quotannis xxx solidos Podienses, donec sit consummata ipsa capella, et medietatem decimi quod habebam de ipso P. Arcmando. Hoc autem totum

1. Les numéros 567 et 568 sont écrits au bas d'un feuillet dans le voisinage des numéros 401, auquel se rapporte 568, et 404, qui concerne la même localité que 567.

2. Intercalé entre les numéros 430 et 431. Le parchemin a été lavé et gratté.

facio pro salute animæ meæ et omnium parentum meorum. Et cum infans intraverit monasterium, habeat totum fornimentum suum et unam bonam mulam cum alio bono causimento suo quod facere voluerit.

S. Austorgii et uxoris et filiorum ejus. S. Amblardi. S. G. Jorquet. — S. Begonis qui hanc cartam scripsit

---

SUPPLÉMENT[1].

570.

1099, 4 mai.

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilecto filio Begoni abbati monasterii sancte Fidis Conchensis ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Ad hoc nos disponente Domino in apostolice sedis servicium promotos, agnoscimus ut ejus filiis auxilium implorantibus efficaciter subvenire et ei obedientes tueri ac protegere, pro ut Dominus dederit, debeamus. Unde oportet nos venerabilibus locis manum protectionis extendere et servorum Dei quieti atentius providere. Igitur tam pro beate virginis Fidis devotione que in tuo requiescere dicitur monasterio quam pro tue dilectionis peticione, ipsum Conchense cenobium, cui disponente Domino presides, apostolice sedis gremio confovendum excipimus. Per presentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate sancimus ut quecunque hodie idem cenobium, vel ex apostolice sedis concessione vel ex bone memorie regum Pipini, Karoli et Ludovici munificentia possidet, sive in futurum concessione pontificum vel liberalitate principum vel oblacione fidelium juste atque canonice poterit adipisci, firma

1. Le supplément qui suit est formé 1° de chartes existant en original aux archives de l'Aveyron (n^os^ 570, 571, 572, 573, 574, 575), — 2° de copies extraites du tome 143 de la collection Doat conservée à la Bibliothèque nationale (n^os^ 576, 577, 578, 579).

tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decrevimus ergo ut nulli ommino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas tenere, vel injuste datas suis usibus vendicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc ejus loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astucia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam, elegerint. Electus autem a sue diocesis episcopo consecretur, siquidem gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, et si eamdem ordinationem gratis ac sine pravitate voluerit exibere. Alioquin liceat ei vel ad apostolicam sedem recurrere vel catolicum quem maluerit adire antistitem qui nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Idipsum etiam de altarium sive basilicarum consecratione et monachorum qui ad sacros fuerint ordines promovendi ordinatione concedimus. Ad hec adjicimus ut nulli episcoporum facultas sit, sine Romani pontificis licentia, locum vestrum vel monachos interdiccioni vel excommunicationi subicere, nec pro communis diocesis excommunicatione locus ipse excommunicationi vel interdictioni subjaceat. Laicos seu clericos seculares ad conversionem suscipere nullius episcopi vel prepositi contradictio vos inhibeat. Sepulturam quoque ejusdem loci ommino liberam esse decerninus, ut eorum qui illic sepelliri deliberaverint devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Porro illam indignam consuetudinem ne ulterius fieri debeat interdicimus, id est ne sanctorum ejusdem monasterii reliquie ad publicos conventus, extra voluntatem fratrum inibi Deo servientium, deferantur. De cella beati Petri que Claravallis dicitur, quam ex jure et concessione sedis apostolice possidetis, manconem aureum per annos singulos Lateranensi palatio persolvetis. Siquis igitur eis crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes, vicecomes, judex, aut ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove com-

monita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et à sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ulcioni subjaceat; cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia æterne pacis inveniant, amen.

Scriptum per manum Petri notarii regionarii et scriniarii sacri palatii. Bene valete. — *Dans le champ d'un cercle :* Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Urbanus papa II; *et en légende à l'entour du cercle :* Benedictus Deus et pater domini nostri Jhesu Christi. — Datum Rome apud beatum Petrum per manum Johannis sancte Romane ecclesie diaconus cardinalis, IIII nona maii, indictione VII, incarnationis Dominice anno MXCIX, pontificatus autem domini Urbani secundi pape XII.

571. DE REGNACO.

1051, 6 avril.

Jhesu Christi domini nostri in nomine a quo, per quem et in quo fiunt, subsistunt consistuntque reguntur quoque ac disponuntur omnia. Incipit series olografi quod facit Alcherius, vir nobilitate procipuus, ut apostolus prœcipit Paulus : omnia quæcunque facitis, sive in verbo sive in opere, omnia in nomine Domini facite. Notum ergo sit omnibus hominibus quod ego Alcherius, quamvis peccator et indignus, non tamen pietate et misericordia Christi difisus, ob peccatorum meorum remissionem et genitoris mei Comarchi pariterque genitricis Trudgardis seu fratrum meorum adipiscendam commissorum delictorum indulgentiam, post mei corporis dissolucionem, relinquo simul et dono ad altare sancte Dei genitricis Mariæ Rutenensis sedis seniorisque æcclesiæ aliquid de alodio meo, quamdam scilicet æcclesiam sancti Petri in comitatu Rutenensi quæ vocatur Regnacus, quam jure hereditario hactenus possideo cum omnibus quæ ad eandem æcclesiam pertinent et pertinere debent, tali modo talique tenore ut nullus episcopus nec ulla potestas sed neque aliquis

homo vel femina donare alicui possit aliquid de hoc predicto alodio neque per alodium neque per fevum, nisi quantum ad presens donatum est. Quod si fecerint, veniant filii Ricardi vice comitis et filii Abonis, nepotes mei, et ponant super altare sanctæ Mariæ prefate sedis viginti solidos Rutenensis monete, et habeant ipsam æcclesiam cum omnibus quæ sunt ejusdem æcclesiæ. Denique ego Alcherius hœc omnia ideo dono pariter et concedo predicto sedis altari, ut pontifex ejusdem æclesiæ, me defuncto, donet Lutevensi episcopo pro offerendo sacrificio laudis Deo decem solidos propter remedium anime mea et absolutionem meorum peccatorum, insuper et kanonicis ipsius sedis sancti Genesie Lutevensis donet septuaginta solidos Raimondenses in comunia, quin etiam monachis altaris sancte Fidis qui est situm in eadem villa donet XX solidos similis monete; horum autem denariorum numerus concluditur in centum solidis optimis Raimundensibus.

Facta carta hujus donatione VIII idus aprilis, anno MLI ab incarnatione Domini, regnante Aianrico rege. — S. Alcherii qui hanc conscriptionem fieri jussit firmarique rogavit. S. Gauzfredi. S. Bernardi. S. Ugonis. — Geraldus scripsit.

572. DE PERSA.

1060.

In Christi nomine. Anno ab incarnatione Domini millesimo LX, ditione XII[1], regnante Philippo Francorum rege, domnus Hugo Calmontensis cum uxore sua Fide ac filio Begone, consilio Rotberti comitis Ruthenensium et auctoritate Petri episcopi, monasterium quod dicitur Persa concessit Deo Salvatorique sancto ac beatissime Fidi et abbati Odolrico, monachisque omnibus de Conchis. Hoc autem concessit libera donatione et quantum ad ipsum locum pertinere videtur et omne alodium cujus fevum a fevalibus per monachos adquireretur. Constituit denique ac sub sacramento firmavit ut in jam dicto loco de Persa ullus ex suis heredibus non habeant servicium nec aliquod mandamentum, set sit semper in libera potestate monachorum. Sub hac autem tam

1. Il faudrait : indictione XIII.

libera concessione donavit ad ipsum locum mansum de Bagos cum omnibus que ad ipsum mansum pertinent. Simili modo donavit in Valcergua in Fabrigas mansum de Fonte, medietatem de quarto et censum : unum moltonem, et unum porcum de XVI et XXII dinariis, et II sestarios de civada, et III membres de porco, et I sestarium de ordi. Donavit denique perpetualiter medietatem teloneo salis de ponte Spelei. Similiter in burgo vetulo de Persia debebantur per censum de unaqueque appendaria unum mugilum et IIII sestarios de vino de quibus dedit medietatem monachis de Persia. Donavit etiam alodium suum de Peiras Bezas cum omnibus que ad ipsum pertinent. Facta autem hac concessione, fevales de Persia, seniores videlicet de Planias, Bernardus de Planias et Willelmus de Planias et alii fratres qui de seniore Calmontensi tenebant libere fevum de Persia absque ulla retinentia, donaverunt sancte Fidi et monachis de Conchis quicquid exigebant in ecclesia, hoc est Bernardus et Willelmus Planienses quod accipiebant ex medietate fevi presbiterali totum guirpiverunt; et Bernardus de Planias pro hac guirpitione accepit a domno Odolrico abbate C solidos curtos, et uxor ejus A. X. Willelmus vero de Planias suam partem jam impignoraverat, et tamen pro velle quod voluit ut redimeretur a monachis, accepit habitum monachalem apud Conchas, et ita suam partem integre guerpivit tam de fevo presbyterali quam etiam de omnibus que juste et injuste possidebat apud Persiam, et nichil omnino ibi retinuit. Similiter domnus Johannes de Roqua et Petrus Serrazinus aliam medietatem fevi presbyterali et medietatem decimi de Persia partim vendiderunt et partim monachis de Conchis donaverunt, et nichil omnino retinuerunt. Hanc donationem de loco de Persia ita fecerunt, sicut super scriptum est, domnus Hugo Calmontensis et uxor ejus Fides et domnus Bego eorum filius, quorum Persia erat alodium, et fevales Bernardus et Willelmus de Planias, et Johannes de Roqua et Petrus Serrazinus. Sic totum sine enguanno Deo et sancte Fidi de Conchis donaverunt, et quod ab ipsorum generatione ex hoc dono nichil infringeretur juraverunt. Filii horum non solum hoc tenuerunt et etiam hoc tenendo de suis bonis.... adcreverunt. Gaucelmus de Roqua, filius Johannis supradicti de Roqua, pro salute anime sue factus monachus de Persia,

donavit sine tota retinentia pratum illum de fonte de Persia sicut remdalis claudit et mansiones et ortum et viam que ab ipso continentur. Similiter donavit ipse Gaucelmus de la Roqua sancte Fidi vineam del Fraise alodium et fevum sine retinencia. Domnus Bernardus de Planias cum uxore sua Aldiardi et filiis Petro et Bernardo et Rigualdo et Raimundo sancte Fdi donavit illam partem quam habebat Willelmus de Planias in parochia de Persia, hoc est tres modios vini et x et octo denarios Raimundencos et II sestarios de civada et medietatem illius terre della Roqueta. Hoc donavit sicut possidebat ipse et filius ejus, excepto boscum, pro filio suo Hugone facto monacho ex infirmitate apud Persiam. Ex hoc dono sunt testes : Hugo B. et Deusdet B. et Geraldus B., Rainaldus Serrazinus, filius Petri Serrazini supradicti, cum consilio fratrum suorum Petroni, Bernardi, Raimundi, illum suum pratum de fonte de Persia totum integrum et mansiones et ortos et duos denarios de censu et aliud totum sicut remdalis claudit et ipsum remdalem et totum quod habebat juste et injuste Deo et sancte Fidi et monachis donavit. Donavit similiter ipse Rainaldus et ejus fratres sancte Fidi et suis monachis illam terram ultra ripam Oltis, et quantum semper opus fuerit ad ariball. Donavit ipsemet mansiones de cimiterio et illas de Stori et totum integre quod in Persia habebat sine tota retinencia. Donavit etiam ipsemet suam partem dellas beceiras totum quod habebat juste et injuste. Donavit ipsemet suam partem de fevo que Bernardus Malivernatus dedit sancto Ylariano. Pro hac donatione qua super est scripta quam fecit Rainaldus et fratres ejus sante Fidi et sancto Hylariano et monachis de Conchis, donavit ei Deusdet prior et monachi septuaginta solidos Podienses. Hoc donum fecit Rainaldus cum consilio fratrum suorum Petroni, Bernardi, Raimundi, in audiencia Begonis de Calmonte et Bernardi de Planias et Poncii Airaldi et Stephani de Rutenis et Petri Malcorti, qui ex hoc dono sunt testes. De ipso Rainaldo Serrazino et de fratribus suis habent monachi de Persia pignora in prato de Cros triginta solidos Raimundencos, et hoc tali convenientia ut non auferatur de manibus monachorum et mittatur in alia ; et ex hac pignora est in fidantia Bego de Calmonte et Petrus Serrazinus. Testes Hugo de Roqua et Fides Begonis mater.

○ 573.

Vers 1160.

Conoguda causa sia a toz los homes que aquesta carta ligeran que l'abas Isarns avia a pennura las doas parz de la leida da Concas per VIIII marcs d'arjent; li una parz apartenia am B. Frotart, et avia la a pennora per III marcs d'argent, e l'altra parz apartenia als effanz Aimeric del Erm, et avia la a pennura per V marcs d'arjent. Enz G. Ortolas quera convenenser d'aquesta honor, acordet se am B. Frotart et am Guillelm de Conchas que erom batlie dels effans Aimeric del Erm, e redemet la de l'abat. Aquesta carta laudet et autorguet B. Frotarz, ens Guillelms de Conchas an G. Ortola et assa molier et assos effanz et a toz aquels homes que per lor pro ho demandario; e fero il fiansa que guirent l'en fosso de toz homes tro VIIII marcs d'arjent l'en aia hom reduz, ens Uc de Conchas, ens Guaris Ucguers feiro e fiansa eisament per la guirentia.

S. Lobreir, en Ponson Odo, en P. Guirart, en P. de Goliniach, en Ra. Maestra, en P. Odo, en Uguo Faral.

○ 574. DELLAS ENGELARDIAS.

1179.

Notum sit omnibus præsentibus et futuris hoc scriptum legentibus et audientibus quod ego Hu. Dei gratia Ruthenæ episcopus dedi et concessi G. abbati Conchensi et monachis presentibus et futuris hospitale quod est in strata publica euntibus ad sanctam Mariam Roche Amatoris, et est situm in manso dellas Engelardias et quidquid ad ipsum hospitale pertinet; concedente hoc et in manu nostra abrenunciante juri quo eum possidebat G. de la Besza capellanus, et de manu dicti abbatis in præsentia nostra dictum hospitalem suscipiente, in cujus manu hobedientiam promisit, nos jubente, prenominato abbati et successoribus ejus, et illorum nomine et titulo quamdiu bene rexerit possidente. Hujus donationis et concessionis testes sunt: A. archidiaconus, G. archipresbyter Conchensis, Raymundus Guillelmi archipresbiter de

Crujols, P. Guillermus de Lapanosa, R. cellerarius Conchensis, Sicardus de Blancafort, Berardus, G. Aviti, S. operarius.

Hoc autem factum est anno incarnationis Dominicæ millesimo centesimo septuagesimo nono.

575. DE SCHELESTAT.

1095, 23 juillet.

In nomine sancta et individue Trinitatis, Ottone Argentinensi, divina favente clementia, episcopo. Bona inchoare et inchoata nec segniter consummare et ab hoc effectu non deficere, sicut apud homines honestum et memorabile notatur, ita apud Deum dignum esse et acceptabile non dubitatur. Hoc ego peccator Otto Argentinensis ecclesiæ, Dei gratia, episcopus et fratres mei, dux scilicet Suetiæ Fridericus, Ledeuvicus et Galtharius, non absurde attendentes quod mater nostra ad honorem Dominici Sepulcri in Schelestat et sanctæ Fidei benigne incepit, hoc nos maternæ voluntatis hæredes, ut prædii ad effectum perducere ea quam dicemus ratione prout potuimus, Deo auxiliante, conati sumus. Matre enim nostra fratreque nostro Conrado in Christo defunctis, nos quatuor qui tunc vita comite, Dei gratia, remansimus, pari consensu communique voto convenimus, et matris nostræ propositum effectualiter adimplere considerata diligencia. Deliberavimus ergo prædium quod in Scelestat villa, in pago Alsatiæ et in comitatu Beirricheim, hæreditario jure possedimus sanctæ Fidei principaliter abbatique Conchacensis cænobii obedientiæ libera manu tradidimus, legali astipulatione confirmavimus, cum mancipiis utriusque sexus sua conditione designatis deditæ que servituti attitulatis, et cum ejusdem prædii terminis certis limitibus superius et inferius, et ad utrasque plagas exitibus et reditibus, viis et inviis certissime denotatis, cum terris etiam cultis et incultis, vineis et vinetis, rivis, aquis aquarumque decursibus, pratis, pascuis, piscinis, silvis silvarumque usibus, venatoriisque stationibus et nemoribus fiscalibus, et forum legitimum cum theloniis, et tabernariis, et cum cœteris omnibus eidem allodio antiquissima traditione subjacentibus. Ad hoc ergo ut hæc omnia ab adversariorum invasione secura permaneant, prædicti advo-

cationem prædii ex fratribus nostris, quoadusque supersit, semper majori natu concessimus, et per eorum obitum præfati abbatis libero arbitrio ea lege addiximus vel cui velit potestative committat. Dedimus autem idem prædium ea ratione ut præfatus abbas Conchacensis cœnobii suique successores deinceps liberam potestatem habeant commutandi et præcariandi vel quidquid ad utilitatem ecclesiæ placuerit inde faciendi. Insuper eamdem ecclesiam ejusque atrium cum omnibus ad eam pertinentibus ab episcopalis cæteroque servitutis jugo perpetualiter absolvimus, hujusque absolutionis libertatem sub beati Petri apostoli omniumque sanctorum auctoritate et nostra ita confirmavimus. ut ab omni hostium incursione sit secura. Et quicumque sive ex eadem villa sive ex totius episcopatus parrochia illic sepulturam petierit, libere accipiat et nullus sacerdotum contradicere præsumat.

Signum Ottonis Argentinensis episcopi. S. Friderici ducis. S. Lodeuvici. S. Galtarii. S. Anshelmi. S. Hessonis. S. Conradi. S. Heinrici. S. Bertholsi. S. Luitolsi. S. Otonis. S. Heremanni. — Manno Argentinensis notarius scripsi et subscripsi et recognovi. — Data est decima kalendas augusti, ... sexagesimo septimo, anno Dominicæ incarnationis millesimo .... quinto, indictione tertia, anno ordinationis domini Ottonis Argentinensis episcopi nono, regnante Henricho quarto Romano imperatore augusto.

576. DE GALITON.

1082-1094.

In Dei nomine. Ego Sancius, gratia Dei rex Aragonensium et Pampilonensinm, pro remedio et salute animæ meæ et omnium parentum meorum, dono sancto Salvatori et sanctæ Fidi de Conchis illum palatium meum de Galiton, sicut hodie teneo et possideo integerrime, cum omnibus terris et vineis suis, pascuis, silvis, hortis, nemoribus, exitibus per circuitum et regressibus, et cætera, consuetudine quod palatium debet habere regis. Insuper etiam freti consilio et authoritate domini Petri venerabilis Pampilonensis episcopi, constituimus ut parrochialis ecclesia ipsius villæ inibi commutetur et decentius coustruatur;

ad quam decimæ et primiciæ cum redditibus suis et cæteris ecclesiasticis debitis deinceps omnino persolvatur, quathenus beatæ Fidis monachi seu clerici, ab omnium inquietatione remoti, liberius et tranquillius inibi Deo servientes maneant et pro nobis jugiter Dei misericordiam deprecentur.

577. DE CAPARROS, MURELLO COMITIS, GARRITONIO ET BARCIAGUA.

1092.

Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris quod ego Petrus gratia Dei Pampilonensis episcopus, cum consensu canonicorum nostrorum, jussi hoc scriptum fieri de ecclesiis quæ vocantur Caparros et Murellus Comitis, Garritonium et Barciagua diocesis Pampilonensis, quas, cum consilio dompni Sancii, regis Aragonensium et Pampilonensium, concessi ac concedo et laudavi et laudo et firmiter donavi et dono sancto Salvatori et sanctæ Fidi de Conchis et monachis suis tam præsentibus quam futuris, ut semper habeant ipsas et possideant absque ulla inquietudine. Quartam partem vero decimarum quæ erat juris episcopalis et omnem rationem quam habet vel in antea habuit cum cunctis decimis ac primiciis, et alia cuncta jura episcopalia et cum omnibus quæ ad ipsas ecclesias pertinent vel pertinuerint dedi dono prædictis monachis sanctæ Fidis. Si quis autem hoc scriptum destruere temptaverit, sciat se periculum animæ sua incurrere.

Datum Pampilonis, sub sigillo meo et capituli Pampilonensis, anno Domini millesimo nonagesimo secundo. — Signum Petri episcopi qui istam cartam fieri jussit. S. archidiachoni Arnaldi. S. archidiachoni Petri.

578. DE GARITOAIN.

1076-1080.

In nomine triplo, simplo, divino, qui est Pater, Filius et Spiritus Sanctus. Magnus quidem est titulus ingenuationis in quo nemo potest malignorum varietates disrumpere, nec acta largitatis incurrere, et ut donatori vigor crescat amoris et quod pro

nostra voluntate offertur habere debeat acta firmitudinis. Ob id ego Sancius Dei gratia rex, nulla me cogente necessitate, nec ullum casum formidante, sed amoris causa, interea mihi evenit voluntas ut faciam hanc cartam ingenuationis de illa villa quæ est in territorio Pampilonensi et secundum vocabulo offertur id est Garitoain; et de ista hora in antea sic jura nostra expulsa et confirmata ut fiat ingenua perpetuo, et in omnia sæcula habitura. Si quis ergo, quod fieri minime credo, filii mei vel propinqui aut ex progenie nostra, seu etiam quilibet homo qui talia commiserit, a corpore Domini separatus fiat et per sæcula cuncta permaneat anathematizatus, et cum Datan et Abiron quos terra vivos absorbuit habeat portionem, et cum Juda traditore in inferno inferiori; et hæc scriptura ingenuationis habeat plenam et perpetuam firmitatem.

Facta carta in Ora millesimo septuagesimo[1], regnans serenissimus supradictus rex gratia Dei in Pampilonia, in Aragone, in Suprarbi, in Ripacorza, in Gasconia et in cuncta castella, imperante Dei gratia. — Et ego supradictus Sancius, gratia Dei rex, una pariter cum conjuge mea, domina Momadona regina, et fiat ingenuo Garritoan, dominator Gasseu[2] Cideritz de tota causa, sive de illo pasto, sive de illo fossato, sive de amidolba[3], et non habeat ullum pastum non ingenuo, non portero, nisi una delcata et galeta non de carne, nec ullam causam non habeat portionem Lopesanz dominator Garitoan. Teste Sancio Cideritz teste. Et fiat ingenuo Garitoain non per aliam causam sed pro amore Dei perpetuo et in omnia sæcula habitura, amen. — Pax vobis. Belasco, ex palatio regis, per jussionem domini nostri hoc feci et scripsi. Vivat in Christo, amen.

Ego quoque Garsia Pampilonensis rex hanc cartam confirmo et corroboro et hoc signum † facio.

1. Le copiste a oublié ici un chiffre après *septuagesimo*, le commencement du règne de Sanche ne date que de 1076.
2. Une autre copie dit *Gassea*.
3. Ce même duplicata porte *amidaba*.

579[1].

Vers 1105.

In Christi nomine. Ego Poncius vicecomes et uxor mea et filius meus Arcmandus, ducti amore Dei et beate Fidis et pro redemptione animarum nostrarum, donamus Deo et beate Fidi et monachis suis omne decimum nostrum de cellario de Embaisso, hoc est de annona de vino et de carne kalendaria. Similiter ego Willelmus de Torns dono Deo et beate Fidi unum semodium vini.

580[2].

819. 8 avril.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Jhesu Christi. Ludovicus, divina ordinante providencia imperator augustus, multis fidelium nostrorum et precipue his qui in occiduas partes sunt constituti nosse credimus qualiter vir religiosus Dado quondam nomine, qui nostris temporibus religione et sanctitate divina sibi adminiculante gratia emicuit, dum quietem adpeteret et vacando videre vellet quam suavis est Dominus, quoddam locellum in pago Rotinico super rivulum Dordunum, cujus vocabulum est Conchas, inveniens huic negotio aptum, quo in loco nonnulli christiani, propter metum Sarracenorum qui illam terram pene totam devastarunt et in heremum redigerunt dudum confugientes, permodicum construxerunt oratorium, ipse adsumpto labore propriis manibus eumdem locum juxta vires mundare atque stirpare curavit, et ut aptus ejus quieti foret operam dedit. Sed, non post multos dies, vir religiosus Medraldus nomine eumdem locum simul cum memorato Dadone ad habitandum elegit, et quum famam bone opinionis vera religio illarum apud convicinos sparserat, nonnulli postponentes seculum quietam nichilo-

1. Cette charte est tirée du cartulaire de Conques. Elle a été oubliée. Sa place était après le n° 492.

